

# ANTIPHONALE INVECTUM

*pontificii*  
COLLEGII  
CIVITATUM  
FÆDERATARUM  
AMERICÆ SEPTEMTRIONALIS

D N I C UNIVERSORUM REGIS MMXI ❀ XIV KAL DEC AD XII KAL DEC

A CHRISTOPHER GRAY EXPLETUM  
IUXTA «ORDO CANTUS OFFICII»  
A S. CONGREGATIONE  
PRO CULTU DIVINO  
PRÆPARATUM  
MCMLXXXIII

*antiphonale.ceegee.org*

*Psallite Deo, psallite;  
Psallite regi nostro, psallite.  
Quoniam rex omnis terræ Deus,  
Psallite sapienter.*

FERIA VI HEBDOMADÆ I  
in Memoria Dedicacionis Basilicarum SS. Petri et Pauli, Apostolorum

AD HORAM MEDIAM

℣. Deus, in adiutorium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.


HYMNUS ut infra, p. 72

PSALMODIA

Ps 118, 133

Psautier Monastique (1982) p. 522

1A.IV\*<sup>e</sup>



Resus me- os dí-ri-ge \* se-cúndum e-ló- qui-um  
tu- um E u o u a e.

Psalmus 118 (119), 25-32  
IV (Daleth)

- <sup>25</sup> Adhæsit púlveri *ánima mea*; \*  
vivífica me secúndum **verbum tuum**.
- <sup>26</sup> Vias meas enuntiávi, et *exaudísti* me; \*  
doce me iustificatiónes **tuas**.
- <sup>27</sup> Viam mandatórum tuórum fac me *intellégere*, \*  
et exercébor in mirabílibus **tuis**.
- <sup>28</sup> Lacrimáta est *ánima mea præ mæroré*; \*  
érige me secúndum **verbum tuum**.
- <sup>29</sup> Viam mendáccii *avérte a me* \*  
et legem tuam da **mih**i *bení*gne.

- <sup>30</sup> Viam veritatis *elégi*, \*  
iudicia tua propósui **mihi**.
- <sup>31</sup> Adhæsi testimoniis *tuis*, **Dómine**; \*  
noli **me** *confúndere*.
- <sup>32</sup> Viam mandatorum *tuorum* **curram**, \*  
quia dilatásti cor **meum**.

Ps 25, 3

Psautier Monastique (1982) p. 78

2A.II\*d

**M** I-se-ri-córdi- a tu- a, Dómi-ne, \* ante ócu-los me-  
os, et complá-cu- i in ve-ri-tá-te tu- a. E u o u a e.

Psalmus 25 (26)  
Innocentis fiducia et oratio

*Elegit nos Deus in Christo, ut essemus sancti et immaculati (Eph 1, 4).*


- <sup>1</sup> Iúdica me, **Dómine**, †  
quóniam ego in innocéntia mea *ingréssus* sum \*  
et in **Dómino** sperans *non infirmábor*.
- <sup>2</sup> Proba me, **Dómine**, et **tenta** me; \*  
ure renes meos et cor **meum**.
- <sup>3</sup> Quóniam misericórdia tua ante **óculos** **meos** est, \*  
et ambulávi in *veritate* **tua**.
- <sup>4</sup> Non sedi cum viris *vanitátis* \*  
et cum occúlte agéntibus *non introibo*.
- <sup>5</sup> Odívi *ecclesiam malignántium* \*  
et cum **ímpis** *non sedébo*.


- <sup>6</sup> Lavábo in innocéntia *manus meas* \*  
 et circúmdabo altáre *tuum*, **Dómine**,  
<sup>7</sup> ut audítas fáciam *voces laudis* \*  
 et enárrem univérsa mirabília **tua**.  
<sup>8</sup> **Dómine**, diléxi habitáculum *domus tuæ* \*  
 et locum habitatiónis *glóriæ tuæ*.  
<sup>9</sup> Ne cólligas cum ímpiis *ánimam meam* \*  
 et cum viris sánguinum *vitam meam*,  
<sup>10</sup> in quorum mánibus *iniquitátes* sunt, \*  
 délixtera eórum repléta est *munéribus*.  
<sup>11</sup> Ego autem in innocéntia *mea ingressus* sum, \*  
 rédime me et miserére **mei**.  
<sup>12</sup> Pes meus stetit *in dirécto*, \*  
 in ecclésiis *benedícam* **Dómino**.

Is 50, 7

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 189

3A.IId

**D**  O minus De-us \* auxi-li- á-tor me-us, et íd-e-o

 non sum confúsus. E u o u a e.

Psalmus 27 (28), 1-3. 6-9  
 Supplicatio et gratiarum actio

*Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me (Io 11, 41).*

- <sup>1</sup> Ad te, **Dómine**, clamábo; \*  
 Deus meus, ne síleas **a** me.  
 Nequándo táceas **a** me, \*  
 et assimilábor descendéntibus *in lacum*.

<sup>2</sup> Exáudi vocem deprecatiónis meæ, dum clamo **ad** te, \*  
dum extóllo manus meas ad templum sanctum **tuum**.

<sup>3</sup> Ne simul trahas me cum peccatóribus \*  
et cum operántibus iniquitátem.

Qui loquúntur pacem cum próximo **suo**, \*  
mala autem in córdibus **eórum**.

<sup>6</sup> Benedíctus Dóminus, †  
quóniam exaudívit vocem deprecatiónis **meæ**; \*

<sup>7</sup> Dóminus adiútor meus et protéctor **meus**,  
in ipso sperávit cor meum, et adiútus sum, †  
et exsultávit cor **meum**, \*  
et in cántico meo confitébor ei.

<sup>8</sup> Dóminus fortitúdo plebi **suae** \*  
et refúgium salvatiónum christi **sui** est.

<sup>9</sup> Salvum fac pópulum tuum et bédedic hereditáti **tuæ** \*  
et pasce eos et extólle illos usque in ætérnum.

Ad alias horas, *Psalmodia Complementaris*, p. 73 ff.

## Ad Tertiam

### LECTIO BREVIS

Phil 2, 2b-4

Idem sápite, eándem caritátem habéntes, unánimes, idípsum sapiéntes, nihil per contentiónem neque per inánem glóriam, sed in humilitáte superióra sibi ínvicem arbitrántes, non, quæ sua sunt, sínguli considerántes, sed et ea, quæ aliórum.

☩. Univérsæ viæ Dómini misericórdia et véritas.

✠. Custodiéntibus testaméntum eius et testimónia eius.

### Oratio

Dómine Iesu Christe, qui hora tértia ad crucis pœnam ductus es pro mundi salúte, † te súplices exorámus, \* ut et de prætéritis malis semper apud te véniam impetrémus, et de futúris iúgiter habeámus custódiám. Qui vivis.

## Ad Sextam

LECTIO BREVIS

2 Cor 13, 4

Etsi crucifíxus est Christus ex infirmitáte, sed vivit ex virtúte Dei. Nam et nos infirmi sumus in illo, sed vivémus cum eo ex virtúte Dei.

℣. Adhæsít púlveri ánima mea.

℟. Vivífica me secúndum verbum tuum, Dómine.

### Oratio

Dómine Iesu Christe, qui hora sexta, unívérso mundo in ténebris constitúto, pro redemptione nostra crucis lignum ínnocens ascendísti, † illam nobis lucem semper concéde, \* per quam ad ætérnam vitam perveníre mereámur. Qui vivis.

## Ad Nonam

LECTIO BREVIS

Col 3, 12-13

Indúite vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, mansuetúdinem, paciéntiam, supportántes ínvicem et donántes vobis ipsis, si quis advérsus áliquem habet querélam; sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos.

℣. Miserátor et miséricors Dóminus.

℟. Longánimis et multæ misericórdiæ.

### Oratio

Dómine Iesu Christe, qui pæniténtem latrónem de patíbulo crucis in regnum tuum transíre fecísti, † peccáta nostra confiténtes te cum fidúcia deprecámur, \* ut post mortem nos fácias paradísi portas introíre gaudéntes. Qui vivis.

## AD VESPERAS

∇. Deus, in adiutorium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## HYMNUS

Liber Hymnarius (1983) p. 468

H.IV

I AM, bo-ne pastor, Petre, clemens ácci-pe vo-ta  
 pre-cántum, et peccá-ti víncu-la re-sólve, ti-bi  
 po-testá-te trá-di-ta, qua cunctis cæ-lum verbo claudis,  
 á-pe-ris. 2. Do-ctor egré-gi-e, Pau-le, mo-res ínstru-e  
 et mente po-lum nos transférre sá-ta-ge, do-nec perfé-  
 ctum largi-á-tur plé-ni-us, e-va-cu-á-to quod ex parte  
 gé-rimus. 3. Sit Tri-ni-tá-ti sempi-térna gló-ri-a,



honor, po-téstas atque iubi-lá-ti-o, in u-ni-tá-te,  
 cui manet impé-ri-um ex tunc et modo per æ-térna  
 sácu-la. A- men.

PSALMODIA

Ps 40, 5

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 245

1A.IId

S

Ana, Dómi-ne, \* á-nimam me-am, qui-a peccá-vi

ti-bi. E u o u a e.

Psalmus 40 (41)

Infirmi oratio

*Unus ex vobis me tradet, qui manducat mecum (Mc 14, 18).*

Beátus, qui intéllegit de egéno, \*  
 in die mala liberábit eum **Dóminus**.

Dóminus servábit eum et vivificábit eum †  
et beátum fáciat eum in **terra** \*  
et non tradet eum in ánimam inimicórum eius.  
Dóminus opem feret illi super lectum dolóris eius; \*  
univérsum stratum eius versábis in infirmitáte eius.  
Ego dixi: «Dómine, miserére **mei**; \*  
sana ánimam meam, quia peccávi **tibi**».  
Inimíci mei dixérunt mala **mihi**: \*  
«Quando moriétur, et períbit **nomen** eius?».  
Et si ingrediebátur, ut visitáret, vana loquebátur; †  
cor eius congregábat iniquitátem **sibi**, \*  
egrediebátur foras et **detrahébat**.  
Simul advérsus me susurrábant omnes inimíci **mei**; \*  
advérsus me cogitábant mala **mihi**:  
«Malefícium effúsum est in **eo**; \*  
et, qui decúmbit, non adíciet ut **resúrgat**».  
Sed et homo pacis meæ, in quo sperávi, \*  
qui edébat panem meum, levávit contra me **calcáneum**.  
Tu autem, Dómine, miserére **mei** \*  
et resúscita me, et retribuam eis.  
In hoc cognóvi quóniam voluísti me, \*  
quia non gaudébit inimícus meus **super** me;  
me autem propter innocéntiam suscepísti \*  
et statuísti me in conspéctu tuo in **ætérum**.  
Benedíctus Dóminus Deus **Israel** \*  
a sæculo et usque in sæculum. **Fiat, fiat.**

Ps 45, 2

Psautier Monastique (1982) p. 232

2A.E



**A** D-íu-tor \* in tribu-la- ti-ó-nibus. E u o u a e.

Psalmus 45 (46)  
Deus refugium et virtus

*Vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est  
interpretatum Nobiscum Deus (Mt 1, 23).*

Deus est nobis refúgium et **virtus**, \*  
adiutórium in tribulatióibus invéntus est **nimis**.  
Proptérea non timébimus, dum turbábitur **terra**, \*  
et transferéntur montes **in** cor **maris**.  
Fremant et intuméscant aquæ eius, \*  
conturbéntur montes in elatióne eius.  
Flúminis rivi lætíficant civitátem **Dei**, \*  
sancta tabernácula **Altíssimi**.  
Deus in médio eius, non commovébitur; \*  
adiuvábit eam Deus **mane dilúculo**.  
Fremuérunt gentes, commóta sunt **regna**; \*  
dedit vocem suam, liquefácta est **terra**.  
Dóminus virtútum nobíscum, \*  
refúgium nobis **Deus Iacob**.  
Veníte et vidéte ópera **Dómini**, \*  
quæ pósuit prodígia **super terram**.  
Auferet bella usque ad finem terræ, †  
arcum cónteret et confrínget **arma** \*  
et scuta combúret **igne**.  
Vacáte et vidéte quóniam ego sum **Deus**: \*  
exaltábor in géntibus et exaltábor in **terra**.  
Dóminus virtútum nobíscum, \*  
refúgium nobis **Deus Iacob**.

3A.IV\*

O

Mnes gentes, \* quascúmque fe-císti, vé-ni-ent

et ado-rábunt co-ram te, Dómi-ne. E u o u a e.

Canticum Ap 15, 3-4  
Hymnus adorationis

Magna et mirabilia *ópera tua*, \*

Dómine **Deus** **omní**potens;

iustæ et veræ *viæ tuæ*, \*

(') Rex **géntium**!

Quis non *timébit*, **Dómine**, \*

et glorificábit **nomen tuum**?

Quia solus Sanctus, †

quóniam omnes gentes vénient et adorábunt in *conspéctu tuo*, \*

quóniam iudícia tua **manifestáta** sunt.

## LECTIO BREVIS

Rom 15, 1-3

Debémus nos firmiiores imbecillitátes infirmórum sustinére, et non nobis placére. Unusquisque nostrum próximo pláceat in bonum ad ædificatióem; étenim Christus non sibi plácuít, sed sicut scriptum est: Improperia improperántium tibi ceciderunt super me.

R/. br.



**C** Hristus di-lé-xit nos et la-vit nos \* In sán-gui-ne  
 su-o. V̄. Et fe-cit nos De-o regnum et sa-cerdó-ti-um.  
 V̄. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

Sir 44, 14

MA.If



**C** Orpo-ra sanctó-rum \* in pa-ce sepúl-ta sunt, et  
 vi-vent nó-mi-na e-ó-rum in æ-térnum. E u o u a e.

## PRECES

Benedíctus Deus, qui propítius vota egéntium intuétur et esuriéntes replet bonis; fidénter ígitur ei supplicémus:

℞. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

Dómine, Pater noster clementíssime, te rogámus pro doléntibus membris Ecclésiæ tuæ, \* quorum caput, in ligno crucis suspénsus, sacrificium vespertínus consummávit. ℞.

Solve compeditos, illúmina cæcos, \* pupillos et víduas súscipe. R̅.

Tuam fidèles omnes índue armatúram, \* ut advérsus insídias diaboli consistere possint. R̅.

Nobis, Dómine, miséricors adésto in hora éxitus nostri, \* ut fidèles inveniámur et in tua pace ex hoc mundo transeámus. R̅.

Educ defúnctos in lucem, quam inhábitas, \* ut te conspícant in ætérnum. R̅.

Pater noster.

### Oratio


Ecclésiám tuam, Dómine, apostólicis defénde præsídiis, † ut, per quos inítium divínæ cognitiónis accépit, \* per eos usque in finem sæculi cápiat grátiaæ cæléstis augméntum. Per Dóminum.

### AD COMPLETORIUM


∇. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

Cantus Missæ (1995) p. 8

**F**




Ratres, agnóscamus pecca-ta nostra.



∇. Mi-se-rére nostri, Dómi-ne. R̅. Qui-a peccá-vimus ti-bi.




∇. Osténde nobis, Dómine misericordiam tu-am.



R̄. Et sa-lutáre tu-um da no-bis.



Mi-se-re-átur nostri omnípotens De-us et, dimíssis peccátis




nostris, perdúcat nos ad vi-tam æ-térnam. R̄. Amen.

## HYMNUS


Liber Hymnarius (1983) p. 241

H.VIII

**T**



E lu-cis ante términum, re-rum cre-á-tor, póscimus,



ut só-li-ta cleménti-a sis præsul ad custódi-am.

Te corda nostra sómni-ent,  
te per sopórem séntiant,  
tuámque semper glóriam  
vicína luce cóncinant.

Præsta, Pater omnípotens,  
per Iesum Christum Dóminum,  
qui tecum in perpétuum  
regnat cum Sancto Spírítu. Amen.

Vitam salúbrem tríbue,  
nostrum calórem réfice  
tætram noctis calíginem  
tua collústret cláritas.

A.Va

Ntret \* o-rá-ti- o me- a in conspéctu tu- o,

Dómi-ne. E u o u a e.

Psalmus 87 (88)  
Hominis graviter ægrotantis oratio

Hæc est hora vestra et potestas tenebrarum (Lc 22, 53).

Dómine, Deus salútis **meæ**, \*  
in die clamávi et **nocte coram** te.  
Intret in conspéctu tuo orátio **mea**; \*  
inclína aurem tuam ad **precem meam**.  
Quia repléta est malis ánima **mea**, \*  
et vita mea inférno **appropinquávit**.  
Æstimátus sum cum descendéntibus in **lacum**, \*  
factus sum sicut homo sine **adiutório**.  
Inter mórtuos **liber**, \*  
sicut vulneráti dormiéntes **in sepúlcris**;  
quorum non es memor **ámplius**, \*  
et ipsi de manu **tua abscíssi** sunt.  
Posuísti me in lacu **inferióri**, \*  
in tenebrósis et in **umbra mortis**.  
Super me gravátus est furor **tuus**, \*  
et omnes fluctus tuos **induxísti super** me.



Longe fecísti notos meos **a** me, \*  
 posuísti me abominatió**n**em eis;  
 conclúsus sum et non **egr**édia**r**. \*  
 Oculi mei languérunt præ **aff**lictión**e**.  
 Clamávi ad te, Dómine, tota **die**, \*  
 expánda ad te **manus meas**.  
 Numquid mórtuis fácies mirabília, \*  
 aut surgent umbræ et confitebúntur **tibi**?  
 Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam **tuam** \*  
 et veritátem tuam in loco per**dit**iónis?  
 Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília **tua** \*  
 et iustítia tua in terra ob**livi**ónis?  
 Et ego ad te, Dómine, clamávi, \*  
 et mane orátio mea præ**veni**et te.  
 Ut quid, Dómine, repéllis ánimam **meam**, \*  
 abscóndis fáciem **tuam a** me?  
 Pauper sum ego et móriens a iuventúte **mea**, \*  
 portávi pavóres tuos et **conturb**átus sum.  
 Super me transiérunt iræ **tuæ**, \*  
 et terróres tui **excid**érunt me.  
 Circuiérunt me sicut aqua tota **die**, \*  
 circumdedérunt me **simul**.  
 Elongásti a me amícum et **pró**ximum, \*  
 et noti **mei** sunt **ténebræ**.

## LECTIO BREVIS


Cf. Ier 14, 9

Tu autem in médio nostri es, Dómine, et nomen tuum invocátum est super nos; ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.


Antiphonale Monasticum II (2006) p. 231

R/. br.

**I** N manus tu-as Dó mi-ne, \* Commendo spí-ri-tum



me-um. √. Rede-místi nos, Dómi-ne, De-us ve-ri-tá-tis.




√. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

### Antiphona ad Nunc Dimittis


Antiphonale Monasticum II (2006) p. 233

A.IIIa




**S**

Alva nos, \* Dómi-ne vi-gi-lántes, custódi nos dor-



mi-éntes, ut vi-gi-lémus cum Christo et requi-escámus



in pa-ce. E u o u a e.

### CANTICUM EVANGELICUM

Lc 2, 29-32

### Christus lumen gentium et gloria Israel

Nunc dimíttis servum **tuum**, **Dómine**, \*

secúndum verbum **tuum** in **pace**,

quia vidérunt **óculi mei** \*

salutáre **tuum**,

**quod** parásti \*

ante fáciem ómnium **populórum**,

lumen ad revelatióne**m** **géntium** \*

et glóriam plebis **tuæ** Israel.

## Oratio

Concede nos, omnipotens Deus, † ita sepulto Unigenito tuo fideliter inhærere, \* ut cum ipso in novitate vitæ resurgere mereamur. Qui vivit.

### SABBATO HEBDOMADÆ I

#### AD INVITATORIUM

∇. Dómine, lábia.

#### ANTIPHONA

Liber Hymnarius (1983) p. 180

A.D  
**P** Opu-lus Dómi-ni et oves pás-cu-æ e-ius, ve-ní-te  
a-do-rémus e- um. Ps. Ve-ní-te...

Psalmus invitatorius 94, ut in Liber Hymnarius, p 165.

#### AD OFFICIUM LECTIONIS


∇. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

#### HYMNUS


I. Quando Officium lectionis canitur noctu vel summo mane:

H.IV

S



ummæ De-us cleménti-æ mundíque factor máchi-



næ, qui trinus almo númi-ne unúsque firmas ómni-a,

Nostros piis cum cánticis  
fletus benígne súscipe,  
quo corde puro sórdibus  
te perfruámur lárgius.

Lumbos adúre cóngruis  
tu caritátis ígnibus,  
accíncti ut adsint pérpetim  
tuisque prompti advéntibus,

Ut, quique horas nóctium  
nunc concinéndó rúmpimus,  
donis beátæ pátriæ  
ditémur omnes áffatim.

Præsta, Pater piíssime,  
Pátrique compar Unice,  
cum Spírítu Paráclito  
regnans per omne sáeculum. Amen.

## II. Quando Officium lectionis canitur diurno tempore (eadem tono):

Auctor perénnis glóriæ,  
qui septifórmis grátia  
das Spírítum credéntibus,  
assíste mitis ómnibus.

Expélle morbos córporum,  
mentis repélle scándalum,  
excínde vires críminum,  
fuga dolóres córdium.


Serénas mentes éffice,  
opus honéstum pérfice,  
preces orántum áccipe,  
vitam perénnem tríbue.

Septem diérum cúrsibus  
nunc tempus omne dúcitur;  
octávus ille últimus  
dies erit iudícii,

In quo, Redémptor, quæsumus,  
ne nos in ira árguas,  
sed a sinístra líbera,  
ad délixteram nos cólloca,

Ut, cum preces suscéperis  
clemens tuárum plébiúm,  
reddámus omnes glóriam  
trino Deo per sáecula. Amen.

1A.Ig



**D** Omi-ne, \* non est ex-altá-tum cor me- um.

E u o u a e.

Psalmus 130 (131)

Quasi parvuli fiducia in Domino collocata

*Discite a me, quia mitis sum et humilis corde (Mt 11, 29).*

(non repetitur) Dómine, non est exaltátum cor meum, \*  
 neque eláti sunt **óculi mei**;  
 neque ambulávi in **magnis**, \*  
 neque in **mirábilibus super me**.  
 Vere pacátam **et quiétam** \*  
 feci **ánimam meam**;  
 sicut ablactátus in sinu **matris suæ**, \*  
 sicut ablactátus, ita in me est **ánima mea**.  
 Speret Israel in **Dómino** \*  
 ex hoc nunc et **usque in sáeculum**.

2 A.E

**E**

T omnis \* mansu- e-tú-di-nis e-ius.

E u o u a e.

Psalmus 131 (132)  
Divina promissa domui David data

*Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius (Lc 1, 32).*

I

Meménto, Dómine, **David** \*  
et omnis mansuetúdinis eius,  
iurávit **Dómino**, \*  
votum vovit **Poténti Iacob**:  
«Non introíbo in tabernáculum domus **meæ**, \*  
non ascéndam in lectum **strati mei**,  
non dabo somnum óculis **meis** \*  
et pálpebris meis dormitatiónem,  
donec invéniam locum **Dómino**, \*  
tabernáculum **Poténti Iacob**».  
Ecce audívimus eam esse in **Ephratha**, \*  
invénimus eam in **campis Iaar**.  
Ingrediámur in tabernáculum eius, \*  
adorémus ad scabéllum **pedum eius**.  
Surge, Dómine, in réquiem **tuam**, \*  
tu et arca fortitúdinis **tuæ**.

Sacerdótes tui induántur iustítiam, \*  
et sancti **tui** exsúltent.  
Propter David servum **tuum** \*  
non avértas fáciem **christi tui**.

## II

Iurávit Dóminus David veritátem \*  
et non recédet ab ea:  
«De fructu ventris **tui** \*  
ponam super **sedem tuam**.  
Si custodierint filii tui testaméntum **meum** \*  
et testimónia mea, quæ docébo eos,  
filii eórum usque in **sæculum** \*  
sedébunt super **sedem tuam**».  
Quóniam elégit Dóminus Sion, \*  
desiderávit eam in habitatióne **sibi**:  
«Hæc réquies mea in **sæculum sæculi**; \*  
hic habitábo, quóniam desiderávi eam.  
Cibária eius benedícens benedícam, \*  
páuperes eius saturábo **pánibus**.  
Sacerdótes eius índuam salutári, \*  
et sancti eius exsultatióne **exsultábunt**.  
Illic germináre fáciam cornu **David**, \*  
parábo lucérnam **christo meo**.  
Inimícos eius índuam confusióne, \*  
super ipsum autem efflorébit diadéma eius».

☩. Veníte, et vidéte ópera Dómini.

☩. Qui pósuit prodígia super terram.

## Tribulationes et gloria Ierusalem in tempore novissimo

Hæc dicit Dóminus: «Ecce venit dies Dómino, et dividéntur spólia tua in médio tui, et congregábo omnes gentes ad Ierúsalem in proelium, et capiétur civitas, et vastabúntur domus, et mulieres violabúntur; et egrediétur média pars civitátis in captivitátem, et réliquum pópuli non auferétur ex urbe. Et egrediétur Dóminus et proeliábitur contra gentes illas, sicut proeliátus est in die certáminis. Et stabunt pedes eius in die illa super montem Olivárum, qui est contra Ierúsalem ad oriéntem; et scindétur mons Olivárum ex média parte sui ad oriéntem et ad occidéntem, prærupto grandi valde, et separábitur médium montis ad aquilónem et médium eius ad merídiem. Et fugiétis ad vallem móntium eórum, quóniam vallis móntium pertínget usque ad Iasol; et fugiétis, sicut fugístis a fácie terræmótus in diébus Ozíæ regis Iudæ, et véniet Dóminus Deus meus, omnésque sancti cum eo.

Erit: in die illa non erit lux, sed frigus et gelu; et erit dies una, quæ nota est Dómino, non dies neque nox; et in témpore vésperi erit lux. Et erit: in die illa exíbunt aquæ vivæ de Ierúsalem, médium eárum ad mare orientále, et médium eárum ad mare occidentále: in æstáte et in híeme erunt. Et erit Dóminus rex super omnem terram: in die illa erit Dóminus unus, et erit nomen eius unum. Et revertétur omnis terra in desértum, a Gaba usque ad Remmon ad austrum Ierúsalem, quæ exaltábitur et habitábitur in loco suo, a porta Bénéiamin usque ad locum portæ Prióris, et usque ad portam Angulórum, et a turre Hanáneel usque ad Torculária regis. Et habitábunt in ea, et anáthema non erit ámplius; sed habitábitur Ierúsalem secúra.

Et hæc erit plaga, qua percútiet Dóminus omnes gentes, quæ pugnavérunt advérsus Ierúsalem: tabéscet caro uniuscuiúsque stantis super pedes suos, et óculi eius contabéscet in foramínibus suis, et lingua eius contabéscet in ore suo. In die illa erit tumúltus Dómini magnus in eis, et apprehéndet vir manum próximi sui, et elevábitur manus eius super manum próximi sui.



Sed et Iudas pugnabit in Ierúsalem, et congregabúntur divítiae ómnium géntium in circúitu, aurum et argéntum et vestes multae nimis. Et sic erit ruína equi, muli, caméli et ásini et ómnium iumentórum, quae fúerint in castris illis, sicut ruína hæc.

Et omnes, qui réliqui fúerint de univérsis géntibus, quae venérunt contra Ierúsalem, ascéndent ab anno in annum, ut adórent Regem Dóminum exercítuum et célebrent festivitátem Tabernaculórum. Et erit: qui non ascénderit de famíliis terræ ad Ierúsalem, ut adóret Regem Dóminum exercítuum, non erit super eos imber. Quod et si familia Ægýpti non ascénderit et non vénerit, super eos erit plaga, qua pércutit Dóminus gentes, quae non ascénderint ad celebrándam festivitátem Tabernaculórum. Hæc erit pœna Ægýpti, et hæc pœna ómnium géntium, quae non ascénderint ad celebrándam festivitátem Tabernaculórum. In die illa erit super tintinnábula equórum: “Sanctum Dómino”; et erunt lebêtes in domo Dómini quasi phialæ coram altári. Et erit omnis lebes in Ierúsalem et in Iuda sanctificátus Dómino exercítuum; et vénient omnes immolántes et sument ex eis et coquent in eis, et non erit mercátor ultra in domo Dómini exercítuum in die illo».

## RESPONSORIUM

Zac 14, 8a; 13, 1; Io 19, 34

℞. In die illa exíbunt aquae vivæ de Ierúsalem et erit fons patens dómui David \* Pro peccátis et immundítia.

℣. Unus mílitum láncea latus Iesu apérui, et contínuo exívit sanguis et aqua. \* Pro peccátis.

LECTIO ALTERA Ex Collatióibus sancti Thomæ de Aquíno presbýteri  
(Coll. super Credo in Deum:  
Opuscula theologica 2, Taurini 1954, pp. 216-217)

### Satiabor cum apparuerit gloria tua

Conveniénter in fine ómnium desideriórum nostrórum, scílicet in vita æténa, finis datur credédis in Sýmbolo, cum dicitur: «Vitam æténam. Amen».

In vita ætérna primum est quod homo coniúngitur Deo. Nam ipse Deus est præmium et finis ómnium labórum nostrórum: Ego protéctor tuus sum, et merces tua magna nimis. Consístit autem hæc coniúntio in perfécta visione: Vidémus nunc per spéculum in ænigmaté; tunc autem fácie ad fáciem.

Item consístit in summa laude, ut dicit Prophéta: Gáudium et lætítia inveniétur in ea, gratiárum áctio et vox laudis.

Item in perfécta satietáte desidérii, nam ibi habébit quílibet beátus ultra desideráta et speráta. Cuius rátio est, quia nullus potest in vita ista implére desidérium suum, nec umquam áliquod creatum sátiat desidérium hóminis: Deus enim solus sátiat, et in infinitum excédit; et inde est quod non quiéscit nisi in Deo, sicut Augustínus dicit: Fecísti nos, Dómine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiéscat in te.

Et quia sancti in pátria perfécte habébunt Deum, maniféstum est quod satiábitur desidérium eórum, et adhuc glória excédet. Et ídeo dicit Dóminus: Intra in gáudium Dómini tui. Augustínus vero dicit: Totum gáudium non intrábit in gaudéntes, sed toti gaudéntes intrábunt in gáudium. Satiábor cum apparúerit glória tua; et íterum: Qui replet in bonis desidérium tuum.

Quidquid enim delectábile est, totum est ibi superabundánte. Si enim appetúntur delectatiónes, ibi erit summa et perfectíssima delectatió, quia de summo bono, scílicet Deo: Delectatiónes in dextera tua usque in finem.

Item consístit in ómnium beatórum iucúnda societáte, quæ societas erit máxime delectábilis, quia quílibet habébit ómnia bona cum ómnibus beátis. Nam quílibet díliget álium sicut seípsum, et ídeo gaudébit de bono alteríus sicut de suo. Quo fit ut tantum augeátur lætítia et gáudium uníus, quantum est gáudium ómnium.

**RESPONSORIUM**

**Ps 16 (17), 15; 1 Cor 13, 12b**

✠ Ego in iustítia vidébo fáciem tuam, Dómine; \* Satiábor, cum

evigilávero, conspéctu tuo.

∞. Nunc cognósco ex parte; tunc autem cognóscam,  
sicut et cógnitus sum. \* Satiábor.

### Oratio

Da nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, in tua semper devotióne gaudere, † quia perpétua est et plena felicitas, \* si bonórum ómnium iúgiter serviámus auctóri. Per Dóminum.

### AD LAUDES MATUTINAS

∞. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

### HYMNUS

Liber Hymnarius (1983) p. 207

H.I

A

Uró-ra iam spargit po-lum, terris di-es illá-bittur,

lu-cis re-súltat spí-cu-lum: discédat omne lúbri-cum.

Iam vana noctis décidant,  
mentis reátus súbruat,  
quicquid tenébris hórridum  
nox áttulit culpæ, cadat,

Deo Patri sit glória  
eiusque soli Fílio  
cum Spíritu Paráclito,  
in sempitérna sácula. Amen.

Ut mane illud últimum,  
quod præstolámur cernui,  
in lucem nobis éffluat,  
dum hoc canóre cóncrepat.

1A.Ig

D

A mi-hi intellectum \* et scru-tábor, Dómi-ne,

le-gem tu- am. E u o u a e.

Psalmus 118 (119), 145-152  
XIX (Coph)

Clamávi in toto corde, exáudi me, **Dómine**; \*  
iustificatiónes tuas *servábo*.

Clamávi ad te, **salvum me** fac, \*  
ut custódiám testimónia **tua**.

Prævéni dilúculo **et clamávi**, \*  
in verba tua *supersperávi*.

Prævenérunt óculi **mei** vigílias, \*  
ut meditárer elóquia **tua**.

Vocem meam audi secúndum misericórdiam **tuam**, **Dómine**, \*  
secúndum iudícium tuum *vivífica* me.

Appropinquavérunt persequéntes me **in malítia**, \*  
a lege autem tua *longe facti* sunt.

Prope **es** tu, **Dómine**, \*  
et ómnia præcépta *tua* **véritas**.

Ab inítio cognóvi de testimóniis **tuis**, \*  
quia in ætérnum *fundásti* ea.

2A.IVe

Orti-túdo me-a et laus me-a Dóminus: et  
factus est mi-hi in sa-lú-tem. E u o u a e.

Canticum Ex 15, 1-4b. 8-13. 17-18  
Hymnus victoriæ post transitum maris Rubri

*Qui vicerunt bestiam, cantabant canticum  
Moysi, servi Dei (Cf. Ap 15, 2-3).*

Cantémus Dómino: †

glorióse enim magnificátus est, \*  
equum et ascensórem deíecit in mare.

Fortitúdo mea et robur *meum* Dóminus, \*  
et factus est mihi in salútem.

Iste *Deus meus*, \*  
et glorificábo eum;

Deus *patris mei*, \*  
et exaltábo eum!

Dóminus quasi *vir pugnátor*; \*  
Dóminus nomen eius!

Currus pharaónis et *exercitum eius* \*  
proiécit in mare.

In spíritu furóris tui congregatæ sunt aquæ; †  
stetit ut agger *unda fluens*, \*  
coagulátæ sunt abýssi in *médio mari*.

Dixit inimicus: «Pérsequar, comprehéndam; †  
dívdam spólia, implébitur *ánima mea*: \*  
evaginábo gládium meum, interfíciét eos *manus mea*!».

Flavit spíritus tuus, et opéruit eos **mare**; \*  
submérsi sunt quasi plumbum in *aquis veheméntibus*.

Quis símilis tui in diis, Dómine? †  
Quis símilis tui, magníficus in *sanctitáte*, \*  
terríbilis atque laudábilis, *fáciens mirabília*?

Extendísti manum tuam, devorávit eos **terra**. \*  
Dux fuísti in *misericórdia tua*  
pópulo, quem redemísti, et portásti eum in *fortitúdine tua* \*  
ad *habitáculum sanctum tuum*.

Introdúces eos *et plantábis* \*  
in monte *hereditátis tuæ*,  
firmíssimo habitáculo tuo, †  
quod *operátus es, Dómine*, \*  
sanctuáριο, Dómine, quod firmavérunt *manus tuæ*.

Dóminus *regnábit* \*  
in *ætérrnum et ultra*!

Ps 116, 1

Psautier Monastique (1982) p. 624

3A.E

L Audá- te Dóminum, \* omnes gentes

E u o u a e.

Psalmus 116 (117)  
Laus miserentis Domini

*Dico ... gentes propter misericordiam glorificare Deum (Rom 15, 8. 9).*

(non repetitur) Laudáte Dóminum, omnes gentes, \*  
collaudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius, \*  
et véritas Dómini manet in ætérnum.

LECTIO BREVIS

2 Petr 1, 10-11

Fratres, magis satágitte, ut firmam vestram vocatiónem et electiόnem faciátis. Hæc enim faciéntes non offendétis aliquándo; sic enim abundánter ministrábitur vobis intróitus in ætérnum regnum Dómini nostri et salvatóris Iesu Christi.

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 177

R/. br.

C

Lamá-vi ad te, Dómi-ne; \* Tu es re-fú-gi-um

me-um. ∇. Pórti-o me-a in terra vi-vénti-um

∇. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

Lc 1, 79


Antiphonale Monasticum II (2006) p. 178

BA.VIIIg

I

L-lumi-ná-re, Dó-mi-ne, \* his qui in ténebris sedent,

et dí-ri-ge pedes nostros in vi-am pa-cis, De-us



Is-ra-el. E u o u a e.

## PRECES

Benedicámus Christum, qui vóluit per ómnia frátribus similári, ut miséricors fieret et fidélis póntifex ad Deum. Eum rogémus dicétes:

℟. Dilectiónis tuæ thesáuros nobis largíre, Dómine.

Sol iustítiæ, tibi dies noster consecrétur, \* qui in baptísmate nos illustrásti. ℟.

Per síngulas horas huius diéi benedicémus tibi, \* et laudábimus nomen tuum in ómnibus. ℟.

Qui Mariám matrem habuísti, verbo tuo dócilem, \* dírige hódie gressus nostros secúndum elóquium tuum. ℟.

Danos, in rebus corruptíbilibus peregrínátes, cæléstem incorruptiónem exspectáre, \* ut per fidem, spem et caritátem iam nunc beatitúdinis tuæ gáudia prægustémus. ℟.

Pater noster.

## Oratio

Conda nostra, quæsumus, Dómine, † resurrectiónis splendor illústret, quo mortis ténebris carére valeámus, \* et ad claritátem perveniámus ætérnam. Per Dóminum.


## AD HORAM MEDIAM

℣. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

HYMNUS ut infra, p. 72



1A.IId



**D** Educ me, Dómi-ne, \* in sémi-tam manda-tó-rum



tu-ó-rum E u o u a e.

Psalmus 118 (119), 33-40  
V (He)

- <sup>33</sup> Legem pone mihi, Dómine, viam iustificatiónum tuárum, \*  
et servábo *eam* **semper**.
- <sup>34</sup> Da mihi intelléctum, et servábo legem **tuam** \*  
et custódiám illam in toto corde **meo**.
- <sup>35</sup> Deduc me in sémitam præceptórum tuórum, \*  
quia *ipsam* **vólui**.
- <sup>36</sup> Inclína cor meum in testimónia **tua** \*  
et non in *avarítiam*.
- <sup>37</sup> Avérte óculos meos, ne vídeant vanitátem; \*  
in via tua vivífica me.
- <sup>38</sup> Súscita servo tuo elóquium **tuum**, \*  
quod est ad timórem **tuum**.
- <sup>39</sup> Amove oppróbrium meum, quod suspicátus sum, \*  
quia iudícia tua *iucúnda*.
- <sup>40</sup> Ecce concupívi mandáta **tua**; \*  
in iustítia tua vivífica me.

2A.IIIa

Mmí-tet \* ánge-lus Dómi-ni in circú- i-tu timén-  
ti- um e- um, et e-rí-pi- et e- os E u o u a e

Psalmus 33 (34)  
Dominus iustorum salus

*Gustastis quoniam dulcis Dominus (1 Petr 2, 3).*

I

- <sup>2</sup> Benedícám Dóminum in **omni témpore**, \*  
semper laus eius in **ore meo**.
- <sup>3</sup> In Dómino gloriábitur **ánima mea**, \*  
áudiant mansuétí **et læténtur**.
- <sup>4</sup> Magnificáte **Dóminum mecum**, \*  
et exaltémus nomen eius **in idípsum**.
- <sup>5</sup> Exquisívi Dóminum, et **exaudívit me** \*  
et ex ómnibus terróribus meis **erípuit me**.
- <sup>6</sup> Respícite ad eum, et **illuminámini** \*  
et fácies vestræ non **confundéntur**.
- <sup>7</sup> Iste pauper clamávit, †  
et Dóminus **exaudívit eum** \*  
et de ómnibus tribulatió nibus eius **salvávit eum**.
- <sup>8</sup> Vallábit ángelus Dómini in circúitu **timéntes eum** \*  
et **erípiet eos**.

<sup>9</sup> Gustáte et vidéte quóniam suávis est **Dóminus**; \*  
beátus vir, qui **sperat** in eo.

<sup>10</sup> Timéte Dóminum, **sancti eius**, \*  
quóniam non est inópia **timéntibus eum**.

<sup>11</sup> Dívites eguérunt et **esuriérunt**, \*  
inquiréntes autem Dóminum non deficiént **omni bono**.

*Ps 33, 18*

Psautier Monastique (1982) p. 170

3A.VIIa

C

Lamavé- runt iu- sti \* et Dó- mi- nus exaudí- vit



e- os. E u o u a e.

## II

<sup>12</sup> Veníte, **fíli**, audíte me: \*  
timórem Dómini docébo vos.

<sup>13</sup> Quis est homo, **qui** vult **vítam**, \*  
díligit dies, ut **videat bonum**?

<sup>14</sup> Próhibe linguam **tuam a malo**, \*  
et lábia tua ne loquátur **dolum**.

<sup>15</sup> Divérte a malo **et fac bonum**, \*  
inquíre pacem et perséquere eam.

<sup>16</sup> Oculi Dómini **super iustos**, \*  
et aures eius in clamórem eórum.

<sup>17</sup> Vultus autem Dómini super faciéntes **mala**, \*  
ut perdat de terra memóriam eórum.

<sup>18</sup> Clamavérunt, et Dóminus **exaudívit** \*  
et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

<sup>19</sup> Iuxta est Dóminus iis, qui **contríto** sunt **corde**, \*  
et confráctos spírítu salvábit.

<sup>20</sup> Multæ tribulatiónes iustórum, \*  
et de ómnibus his liberábit eos **Dóminus**.

<sup>21</sup> Custódit ómnia **ossa eórum**, \*  
unum ex his non **conterétur**.

<sup>22</sup> Interficiet peccatórem malítia, \*  
et, qui odérunt iustum, **puniéntur**.

<sup>23</sup> Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum, \*  
et non puniéntur omnes, qui **sperant in eo**.

Ad alias horas, Psalmodia Complementaris, p. 73 ff.

### Ad Tertiam

LECTIO BREVIS

1 Reg 8, 60-61

Sciant omnes pópuli terræ quia Dóminus ipse est Deus et non est ultra absque eo. Sit quoque cor vestrum perféctum cum Dómino Deo nostro, ut ambulétis in decretis eius et custodiátis mandáta eius sicut et hódie.

✠ Deus meus, sémitas tuas édoce me.

✠ Dirige me in veritáte tua.

### Oratio

Dómine Deus, Pater omnípotens, nobis maiestáti tuæ subiéctis Sancti Spírítus lumen infúnde, † ut ab omni hoste secúri, \* in tua iúgiter laude lætémur. Per Christum.

### Ad Sextam

LECTIO BREVIS

Ier 17, 9-10

Dolósum est cor super ómnia et insanábile; quis cognóscet illud? Ego Dóminus scrutans cor et probans renes, qui do unicuíque iuxta viam suam et iuxta fructum óperum suórum.

℣. Ab occúltis meis munda me, Dómine.

℞. Et a supérbia custódi servum tuum.

### Oratio

Concéde nobis, Dómine, lux ardens caritátis ætérnæ, † ut tua semper caritáte fervéntes, \* te super ómnia et fratres propter te uno diligámus amóre. Per Christum.

### Ad Nonam

#### LECTIO BREVIS

Sap 7, 27a; 8, 1

Sapiéntia Dei, cum sit una, ómnia potest; et in se pérmanens ómnia innovat. Attíngit a fine usque ad finem fórtiter et dispónit ómnia suávitèr.

℣. Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine.

℞. Nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

### Oratio

Exáudi nos, Dómine, et præsta pacem, quam pétimus, consummátam, † ut cunctis diébus vitæ nostræ tibi cum iucunditáte vacántes, beáta María Vírgine intercedénte, \* ad te secúri perveníre mereámur. Per Christum.

## DOMINICA XXXIV PER ANNUM Sollemnitás Domini Nostri Iesu Chrísti, Universorum Regis


### AD I VESPERAS


Omnia ut in AR II (v.i. p. 103).

AD COMPLETORIUM

∇. Deus, in adiutorium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

Cantus Missæ (1995) p. 8


**F**   
Ratres, agnóscamus pecca-ta nostra.




∇. Mi-se-rére nostri, Dómi-ne. R̄. Qui- a peccá-vimus ti-bi.




∇. Osténde nobis, Dómine misericordiam tu-am.



R̄. Et sa-lutáre tu-um da no-bis.




Mi-se-re-átur nostri omnípotens De-us et, dimíssis peccátis




nostris, perdúcat nos ad vi-tam æ-térnam. R̄. Amen.

HYMNUS

Liber Hymnarius (1983) p. 242

H.VIII **C**   
Hriste, qui splendor et di-es, noctis tenébras



dé-te-gis, lu-císque lu men cré-de-ris, lu men be-á-tis



præ-di-cans,

Precámur, sancte Dómine,  
hac nocte nos custódias;  
sit nobis in te réquies,  
quiétas horas tríbue.

Defénsor noster, áspice,  
insidiántes réprime,  
gubérna tuos fámulos,  
quos sángine mercátus es.

Somno si dantur óculi,  
cor semper ad te vígilet;  
tuáque dextra prótegas  
fidéles, qui te díligunt.

Sit, Christe, rex piíssime,  
tibi Patríque glória,  
cum Spírítu Paráclito,  
in sempitérna sáecula. Amen.

PSALMODIA

Ps 4, 2


Psautier Monastique (1982) p. 700

1A.VIIIg

**M**



I-si-ré-re mi-hi, Dómi-ne, \* et ex áu-di



o-ra-ti-ónem me-am E u o u a e.

Psalmus 4  
Gratiarum actio

*Admirabilem fecit Dominus, quem suscitavit a mortuis (S. Augustinus).*

Cum invocárem, exaudivit me Deus iustítiae **meae**. \*

In tribulatióne dilatásti **mihi**;  
miserére **mei** \*

et exáudi oratió**nem meam**.

Fílii hóminum, úsquequo gravi **corde**? \*

Ut quid dilígitis vanitátem et quáeritis **mendácium**?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum **suum**; \*

Dóminus exáudiet, cum clamávero **ad eum**.

Irascímmini et nolíte peccáre; †

loquímmini in córdibus **vestris**, \*

in cubílibus vestris et **conquiéscite**.

Sacrificáte sacrificium iustítiae \*

et speráte **in Dómino**.

Multi dicunt: «Quis osténdit nobis **bona**?». \*

Leva in signum super nos lumen vultus **tui, Dómine!**

Maiórem dedísti lætítiam in corde **meo**, \*

quam cum multiplicántur fruméntum et **vinum eórum**.


In pace in idípsum dórmiam et requiéscam, \*

quóniam tu, Dómine, singuláriter in spe **constituísti me**.


*Ps 133, 2*

Psautier Monastique (1982) p. 706

2A.D



I N noctibus \* be-ne-di-ci-te Dóminum.



E u o u a e.

Psalmus 133 (134)  
Vespertina oratio in templo



*Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius et qui  
timetis eum, pusilli et magni! (Ap 19, 5).*

Ecce benedicite Dóminum, omnes *servi* **Dómini**, \*  
qui statis in domo **Dómini** *per noctes*.  
Extóllite manus vestras ad sanctuárium \*  
et benedicite **Dóminum**.  
Benedícat te Dóminus ex **Sion**, \*  
qui fecit *cælum et terram*.

**LECTIO BREVIS**

**Deut 6, 4-7**

Audi Israel: Dóminus Deus noster Dóminus unus est. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota ánima tua et ex tota fortitúdine tua. Erúntque verba hæc, quæ ego præcípío tibi hódie, in corde tuo, et inculcábis ea fíliis tuis et loquerís ea sedens in domo tua et ámbulans in itinere, decumbens atque consúrgens.

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 231

R/. br.



**I** N manus tu-as Dó-mi-ne, \* Commendo spí-ri-tum  
me-um. ∇. Rede-místi nos, Dó-mi-ne, De-us ve-ri-tá-tis.  
∇. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

## Antiphona ad Nunc Dimittis

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 233

A.IIIa

**S**

Alva nos, \* Dómi-ne vi-gi-lántes, custódi nos dor-

mi-éntes, ut vi-gi-lémus cum Christo et requi-escámus

in pa-ce. E u o u a e.

CANTICUM EVANGELICUM

Lc 2, 29-32

### Christus lumen gentium et gloria Israel

Nunc dimíttis servum **tuum**, **Dómine**, \*  
secúndum verbum **tuum** in **pace**,  
quia vidérunt **óculi mei** \*  
salutáre **tuum**,  
**quod** parásti \*  
ante fáciem ómnium **populórum**,  
lumen ad revelatiónem **géntium** \*  
et glóriam plebis **tuæ Israel**.

### Oratio

Vísita nos, quæsumus, Dómine, hac nocte præsentí, † ut, dilúculo tua virtúte surgéntes, \* de resurrectiÓne Christi tui gaudére valeámus. Qui vivit.


### AD INVITATORIUM

∇. Dómine, lábia.

ANTIPHONA

Liber Hymnarius (1983) p. 124

A.VII



E- sum Chri- stum, re- gem re- gum,  
ve-ní- te, ado- ré- mus. Ps. Ve-ní- te,

Psalmus invitatorius 94, ut in Liber Hymnarius, p 160.


AD OFFICIUM LECTIONIS

☩ Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

HYMNUS

Liber Hymnarius (1983) p. 124

H.D



Esu, rex admi-rá-bi-lis, et tri-umphá-tor nó-bi-lis,  
dulcédo in-effá-bi-lis to-tus de-si-de-rá-bi-lis:

Rex virtútum, rex glóriæ,  
rex insígnis victóriæ,  
Iesu, largítor grátiaë,  
honor cæléstis cúriaë:

Te cæli chorus prædicat  
et tuas laudes réplicat.  
Iesus orbem lætíficat  
et nos Deo pacíficat.

Iesus in pace ímperat,  
quæ omnem sensum súperat,  
hanc semper mens desíderat  
et illo frui próperat.

Iesu, flos matris vírginis,  
amor nostræ dulcédinis,  
laus tibi sine términis,  
regnum beatitúdinis. Amen.

Iam prosequámur láudibus  
Iesum, hymnis et précibus,  
ut nos donet cæléstibus  
cum ipso frui sédibus.

### PSALMODIA

*Ps 2, 7*

Psautier Monastique (1982) p. 4

1A.IIIa2

**E**

-go autem \* consti-tú-tus sum rex ab e- o. super

Si- on, montem sanctum e- ius, prædi-cans præ-céptum

e- ius. E u o u a e.

### Psalmus 2

Quare fremuérunt **gentes**, \*  
et pópuli meditáti **sunt inánia**?  
Astitérunt reges terræ, †  
et príncipes convenérunt in **unum** \*  
advérsus Dóminum et advérsus **christum** eius:  
«Dirumpámus **víncula eórum** \*  
et proiciámus a nobis **iugum ipsórum!**».

Qui hábitat in cælis, irridébit eos, \*  
 Dóminus subsannábit eos.  
 Tunc loquétur ad eos in ira sua \*  
 et in furóre suo conturbábit eos:  
 «Ego autem constítui regem meum \*  
 super Sion, montem sanctum meum!».  
 Prædicábo decretum eius. †  
 Dóminus dixit ad me: «Fílius meus es tu; \*  
 ego hódie genui te.  
 Póstula a me, et dabo tibi gentes hereditátem tuam \*  
 et possessiónem tuam términos terræ.  
 Reges eos in virga férrea \*  
 et tamquam vas figuli confrínges eos».

Et nunc, reges, intellégite; \*  
 erudímini, qui iudicátis terram.  
 Servíte Dómino in timóre \*  
 et exsultáte ei cum tremóre.  
 Apprehéndite disciplínam, †  
 ne quando irascátur, et pereátis de via, \*  
 cum exárserit in brevi ira eius.  
 Beáti omnes, \*  
 qui confídunt in eo.


*Ps 71, 17*

Psautier Monastique (1982) p. 318

3A.II\*a

**B**

Ene-di-céntur in ipso \* omnes tri-bus terræ:



omnes gentes magni-fi-cábunt e- um. E u o u a e.

## Psalmus 71 (72)

### I

Deus, iudícium *tuum* **regi** da \*  
et iustítiam tuam *filio regis*;  
iúdicet pópulum tuum *in iustítia* \*  
et páuperes tuos *in iudício*.  
Afferant montes *pacem* **pópulo**, \*  
et *colles iustítiam*.  
Iudicábit páuperes pópuli †  
et salvos fáciet *filios ínopis* \*  
et humiliábit *calumniatórem*.  
Et permanébit cum sole et *ante* **lunam**, \*  
in generatióne et *generatióne*.  
Descéndet sicut plúvia *in* **gramen** \*  
et sicut imber *irrigans* **terram**.  
Florébit in diébus eius iustítia et abundántia **pacis**, \*  
donec auferátur **luna**.  
Et dominábitur a mari usque *ad* **mare** \*  
et a Flúmine usque ad términos *orbis terrárum*.  
Coram illo prócident incolæ *desérti*, \*  
et inimíci *eius terram* **lingent**.  
Reges Tharsis et ínsulæ múnera **ófferent**, \*  
reges Arabum et Saba *dona* **addúcent**.  
Et adorábunt eum *omnes* **reges**, \*  
omnes gentes *sérvient ei*.

### II

Quia liberábit *ínopem clamántem* \*  
et páuperem, cui non *erat* **adiútor**.

Parcet páuperi et ínopi \*  
et ánimas páuperum salvas fáciat.  
Ex oppressióne et violéntia rédimet ánimas eórum, \*  
et pretiósus erit sanguis eórum coram illo.  
Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, et orábunt pro ipso semper; \*  
tota die benedícent ei.  
Et erit ubértas fruménti in terra, \*  
in summis móntium fluctuábit;  
sicut Líbanus fructus eius \*  
et florébit de civitáte sicut fenum terræ.  
Sit nomen eius benedíctum in sæcula, \*  
ante solem permanébit nomen eius.  
Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ, \*  
omnes gentes magnificábunt eum.  
Benedíctus Dóminus Deus, Deus Israel, \*  
qui facit mirabilia solus.  
Et benedíctum nomen maiestátis eius in ætérnum; \*  
et replébitur maiestáte eius omnis terra. Fiat, fiat.

∇. Ecce dedi te in lucem géntium.

✠. Ut sis salus mea usque ad extrémum terræ.

LECTIO PRIOR

De libro Apocalýpsis beáti Ioánnis apóstoli  
1, 4-6. 10. 12-18; 2, 26. 28; 3, 5b. 12. 20-21

Visio Filii hominis in sua maiestate

Grátia vobis et pax ab eo, qui est et qui erat et qui ventúrus est, et a septem spirítibus, qui in conspéctu throni eius sunt, et ab Iesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum et princeps regum terræ.

Ei qui díligit nos et solvit nos a peccátis nostris in sángine suo et fecit nos regnum, sacerdotés Deo et Patri suo: ipsi glória et impérium in sæcula sæculórum. Amen.

Fui in spírítu in domínica die et audívi post me vocem magnam tamquam tubæ.

Et convérsus sum, ut vidérem vocem, quæ loquebátur mecum; et convérsus vidi septem candelábra áurea et in médio candelabrórum quasi Fílium hóminis, vestítum podére et præcínctum ad mamíllas zonam áuream; caput autem eius et capílli erant cándidi tamquam lana alba, tamquam nix, et óculi eius velut flamma ignis, et pedes eius símiles orichálco sicut in camíno ardénti, et vox illíus tamquam vox aquárum multárum, et habébat in délixtera manu sua stellas septem, et de ore eius gládius anceps acútus exíbat, et fácies eius, sicut sol lucet in virtúte sua.

Et cum vidíssem eum, cécedi ad pedes eius tamquam mórtuus; et pósuit délixteram suam super me dicens: «Noli timére! Ego sum primus et novíssimus, et vivens et fui mórtuus et ecce sum vivens in sæcula sæculórum et hábeo claves mortis et inférni.

Qui vícerit et qui custodíerit usque in finem ópera mea, dabo illi potestátem super gentes, sicut et ego accépi a Patre meo, et dabo illi stellam matutínam.

Et non delébo nomen eius de libro vitæ et confitébor nomen eius coram Patre meo et coram ángelis eius.

Fáciam illum colúmnam in templo Dei mei, et foras non egrediétur ámplius, et scribam super eum nomen Dei mei et nomen civitátis Dei mei, novæ Ierúsalem, quæ descéndit de cælo a Deo meo, et nomen meum novum.

Ecce sto ad óstium et pulso. Si quis audíerit vocem meam et aperúerit iánuam, introíbo ad illum et cenábo cum illo et ipse mecum. Qui vícerit, dabo ei sedére mecum in throno meo, sicut et ego vici et sedi cum Patre meo in throno eius».

**RESPONSORIUM**

**Mc 13, 26-27; Ps 97 (98), 9b**

**℟.** Vidébunt Fílium hóminis veniéntem in núbibus cum virtúte multa



et glória; et tunc mittet ángelos suos, \* Et congregábit eléctos suos a quáttuor ventis, a summo terræ usque ad summum cæli.

✠ Iudicábit orbem terrárum in iustítia et pópulos in æquitáte. \* Et congregábit.

## LECTIO ALTERA

Ex Libélló Orígenis presbýteri De oratióne  
(Cap. 25: PG 11, 495-499)

### Adveniat regnum tuum

Si regnum Dei, iuxta verbum Dómini et Servatóris nostri, cum observatióne non venit, neque dicent: Ecce hic aut ecce illic; sed regnum Dei intra nos est, nam prope est verbum valde in ore nostro et in corde nostro: procul dúbio is qui regnum Dei adveníre precátur, de eo quod in se habet regno Dei recte orat, ut oriátur et fructus ferat et perficiátur. Nam in quólibet sanctórum Deus regnat et quilibet sanctus spiritalibus obséquitur légibus Dei, qui in ipso hábitat ut in recte administráta civitáte. Præsens ei Pater adest et conregnát Patri Christus in illa ánima perfécta iuxta illud: Ad eum veniémus et mansiónem apud eum faciémus.

Tunc ergo id quod in nobis est regnum Dei perpétuo procedéntibus nobis ad summum pervéniet, cum illud implétum fúerit quod Apóstolus ait, Christum subiéctis sibi ómnibus inimicis traditúrum regnum Deo et Patri, ut sit Deus ómnia in ómnibus. Propter hoc indesinénter orántes ea ánimi affectióne, quæ Verbo divína fiat, dicámus Patri nostro qui in cælis est: Sanctificétur nomen tuum, advéniat regnum tuum.

Id quoque de regno Dei percipiéndum est: sicut non est participatio iustítiæ cum iniquitáte, neque societas lucis ad ténebras, neque convéntio Christi ad Bélial: sic regnum Dei cum regno peccáti stare non posse.

Ergo si Deum in nobis regnáre vólumus, nullo modo regnet peccátum in nostro mortáli córpore, sed mortificémus membra nostra, quæ sunt super terram et fructificémus Spíritu; ut in nobis, quasi in spiritali paradíso, Deus obábulet regnétque solus in nobis cum Christo suo, qui

sédeat in nobis a dextris virtútis illíus spirítalis, quam optámus accípere: sedeátque donec inimíci eius omnes, qui in nobis sunt, fiant scabéllum pedum eius et evacuétur in nobis omnis principátus et potéstas et virtus.

Possunt enim hæc in unoquóque nostrum fieri et novíssima inimíca déstrui mors; ut et in nobis Christus dicat: Ubi est, mors, stímulus tuus? Ubi est, inférne, victória tua? Iam nunc ígitur corruptíbile nostrum induátur sanctitátem et incorruptiónem; et mortále, evacuáta morte, patérnam induátur immortalitátem, ut in nobis, regnánte Deo, in regeneratiónis iam resurrectionisque bonis versémur.

### RESPONSORIUM

Ap 11, 15b; Ps 21 (22), 28b-29a

℞. Factum est regnum huius mundi Dómini nostri et Christi eius;

\* Et regnabit in sæcula sæculórum.

℣. Adorábunt in conspéctu eius univérsæ famíliæ

géntium, quóniam Dómini est regnum. \*Et regnabit.

HYMNUS Te Deum, p. 117.

### Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum rege, ómnia instauráre voluísti, † concéde propítius, ut tota creatúra, a servitúte liberáta, \* tuæ maiestáti desérviat ac te sine fine colláudet. Per Dóminum.

### AD LAUDES MATUTINAS

℣. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

HYMNUS

H.IV

Æ

- térna imágo Altís-si-mi, Lumen, De-us, de

Lúmi-ne, ti-bi, Red-émptor, gló-ri-a, ho-nor, po-té-

stas ré-gi-a. 2. Tu so-lus ante sáecu-la spes atque

centrum témpo-rum; ti-bi vo-léntes súbdimur, qui

iu-re cunctis ímpe-ras. 3. Tu flos pudí-cæ Vírgi-nis,

nostræ caput propá-gi-nis, la-pis ca-dú-cus vérti-ce

ac mo-le terras ócupans. 4. Dir-o ty-ránno súbdi-ta,

damná-ta stirps mortá-li-um per te refré-git víncu-la

si- bique cæ-lum vindi-cat. 5. Doctor, sa-cérδος, lé-gi-fer,  
 præ-fers no-tá-tum sángui- ne in ve ste «Princeps  
 príncipum re- gúmque rex al-tís-simus». 6. Pa-tri, ti-bi,  
 Pa-rá-cli-to sit, Christe, perpes gló-ri- a, qui nos  
 red-émptos sángui-ne ad regna cæ-li pértra-his.  
 A- men

PSALMODIA


*Zac 6, 12.13; 9, 10*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 454

1A.VIII d

**E**

Cce vir, \* O-ri- ens nomen e- ius; sedé-bit et do-



mi-ná-bi-tur, et loqué-tur pa-cem géntibus. E u o u a e.


Psalmus 62 (63), 2-9  
Anima Dominum sitiens

Deus, Deus **meus es** tu, \*  
ad te de **luce vígilo**.  
Sítívít in te **ánima mea**, \*  
te desiderávit **caro mea**.  
In terra desérta et árida et inaquósa, †  
sic in sancto **appáruí tibi**, \*  
ut vidérem virtútem tuam et **glóriam tuam**.  
Quóníam mélior est misericórdia tua **super vitas**, \*  
lábíá **mea laudábunt** te.  
Sic benedícám te in **vita mea** \*  
et in nómine tuo levábo **manus meas**.  
Sicut ádipe et pinguédine repleátur **ánima mea**, \*  
et lábíis exsultatiónis **laudábit os meum**.  
Cum memor ero tui **super stratum meum**, \*  
in matutínis **meditábor de** te,  
quia fuísti **adiútor meus**, \*  
et in velaménto alárum tuárum **exsultábo**.  
Adhæsít **ánima mea post** te, \*  
me suscepít **déxtera tua**.


*Mic 5, 4.5*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 458

2A.VIIa  
**M**



Agni-fi-cá-bi-tur \* usque ad térmi-nos terræ, et



e-rit iste pax. E u o u a e.

Canticum Dan 3, 57-88. 56  
Omnis creatura laudet Dominum

Benedícite, ómnia ópera **Dómini**, **Dómino**, \*  
laudáte et superexaltáte eum in **sæcula**.  
Benedícite, **cæli**, **Dómino**, \*  
benedícite, ángeli **Dómini**, **Dómino**.  
Benedícite, aquæ omnes, quæ super **cælos** sunt, **Dómino**, \*  
benedícat omnis **virtus** **Dómino**.  
Benedícite, sol et **luna**, **Dómino**, \*  
benedícite, stellæ **cæli**, **Dómino**.  
Benedícite, omnis imber **et** ros, **Dómino**, \*  
benedícite, omnes **venti**, **Dómino**.  
Benedícite, ignis et **æstus**, **Dómino**, \*  
benedícite, frigus et **æstus**, **Dómino**.  
Benedícite, rores et pruína, **Dómino**, \*  
benedícite, gelu et **frigus**, **Dómino**.  
Benedícite, glácies et **nives**, **Dómino**, \*  
benedícite, noctes et **dies**, **Dómino**.  
Benedícite, lux et **ténebræ**, **Dómino**, \*  
benedícite, fúlgura et **nubes**, **Dómino**.  
Benedícat **terra** **Dóminum**, \*  
laudet et superexáltet eum in **sæcula**.  
Benedícite, montes et **colles**, **Dómino**, \*  
benedícite, univérsa germinántia in **terra**, **Dómino**.  
Benedícite, mária et **flúmina**, **Dómino**, \*  
benedícite, **fontes**, **Dómino**.  
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in **aquis**, **Dómino**, \*  
benedícite, omnes vólucres **cæli**, **Dómino**.

Benedícite, omnes béstiæ et **pécora**, **Dómino**, \*  
benedícite, filii **hóminum**, **Dómino**.

Bénédic, Israel, **Dómino**, \*  
laudáte et superexaltáte **eum** in **sæcula**.

Benedícite, sacerdótes **Dómini**, **Dómino**, \*  
benedícite, servi **Dómini**, **Dómino**.

Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, **Dómino**, \*  
benedícite, sancti et húmiles **corde**, **Dómino**.

Benedícite, Ananía, Azaría, **Mísael**, **Dómino**, \*  
laudáte et superexaltáte **eum** in **sæcula**.

Benedicámus Patrem et Fílium cum **Sancto Spíritu**; \*  
laudémus et superexaltémus **eum** in **sæcula**.

Benedíctus es in firmaménto **cæli** \*  
et laudábilis et gloriósus in **sæcula**.

In fine huius cantici non dicitur «Gloria Patri».

*Dan 7,14*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 457

3A.If

**D**

E-dit e- i Dóminus \* po-testá-tem et honó-rem

et regnum; et omnes pópu-li, tribus et linguæ ipsi

sérvi- ent. E u o u a e.

Psalmus 149  
Exsultatio sanctorum

Cantáte Dómino **cánticum novum**; \*  
 laus eius in ecclésia **sanctórum**.  
 Lætétur Israel in eo, qui **fecit eum**, \*  
 et filii Sion exsúltent in **rege suo**.  
 Laudent nomen eius in **choro**, \*  
 in týmpano et cíthara *psallant ei*,  
 quia beneplácitum est Dómino in **pópulo suo**, \*  
 et honorábit mansuétos *in salúte*.  
 Iúbilent **sancti in glória**, \*  
 læténtur in cubílibus suis.  
 Exaltatiónes Dei in **gútture eórum** \*  
 et gládii ancípites in *mánibus eórum*,  
 ad faciéndam vindíctam in **natióibus**, \*  
 castigatiónes *in pópulis*,  
 ad alligándos reges eórum **in compédibus** \*  
 et nóbiles eórum in *mánicis férreis*,  
 ad faciéndum in eis iudícium **conscríptum**: \*  
 glória hæc est ómnibus *sanctis eius*.

## LECTIO BREVIS

Eph 4, 15-16

Veritátem faciéntes in caritaté crescámus in illum per ómnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compáctum et conéxum per omnem iunctúram subministratiónis secúndum operatiónem in mensúra uniuscuiúsq; partis augméntum córporis facit in ædificatiónem sui in caritaté.


Ps 144, 10-11

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 459

R/. br.

**S** Ancti tu- i, Dómi- ne, \* Gló- ri- am regni tu-







*Cf. Mt 25,34*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 132

BA.VIIa

V



E u o u a e.

## PRECES

Fratres, Christum regem, qui est ante ómnia et in quo ómnia constant, orémus clamántes:

℟. Advéniat regnum tuum, Dómine.

Christe salvátor, tu qui es Dóminus Deus noster, rex et pastor noster, \*  
duc pópulum tuum in pásqua vitæ. ℟.

Pastor bone, qui ánimam tuam posuísti pro óvibus tuis, \* rege nos, et nihil nobis déerit. ℟.

Redémptor noster, qui constitútus es rex super omnem terram, \* fac ut

omnia in te instauréntur. **R̄.**

Rex universórum, qui venísti in mundum, ut testimónium perhíbeas veritáti, \* agnóscant omnes primátum tuum in ómnibus. **R̄.**

Exémplar et magíster noster, qui in regnum tuum nos transtulísti, \* tríbue ut sanctos, immaculátos et irreprensíbiles coram te nos hódie exhibeámus. **R̄.**

Pater noster.

### Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum rege, ómnia instauráre voluísti, † concéde propítius, ut tota creatúra, a servitúte liberáta, \* tuæ maiestáti desérviat ac te sine fine colláudet. Per Dóminum.

### AD TERTIAM

**V̄.** Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

### HYMNUS

Liber Hymnarius (1983) p. 213

H.VIII

**C**

Ertum tenétes ór- di-nem, pi- o poscámus pécto-

re ho-ra di- é- i tér-ti- a trinæ virtú- tis gló- ri- am,

Ut simus habitáculum  
illi Sancto Spirítui,  
qui quondam in apóstolis  
hac hora distribútus est.

Hoc gradiénte órdine,  
ornávit cuncta spléndide  
regni cæléstis cónditor  
ad nostra ætéRNA præmia.

Deo Patri sit glória  
eiúsque soli Fílio  
cum Spíritu Paráclito,  
in sempitérna sáecula. Amen.

PSALMODIA

**Ant.** Dóminus iudex noster, Dóminus légifer noster,  
Dóminus rex noster; ipse salvábit nos.

Psalmus 119 (120)  
Desiderium pacis

*In tribulatione patientes, orationi instantes (Rom 12, 12).*

Ad Dóminum, cum tribulárer, clamávi, \*  
et exaudivit me.  
Dómine, líbera ánimam meam a lábiis mendácii, \*  
a lingua dolósa.  
Quid detur tibi aut quid apponátur tibi, \*  
lingua dolósa?  
Sagíttæ poténtis acútæ \*  
cum carbónibus iuniperórum.  
Heu mihi, quia peregrinátus sum in Mosoch, \*  
habitávi ad tabernácula Cedar!  
Multum íncola fuit ánima mea \*  
cum his, qui odérunt pacem.  
Ego eram pacíficus; \*  
cum loquébar, illi impugnábant me.

Psalmus 120 (121)  
Custos populi

*Non esurient amplius, neque sitient amplius, neque  
cadet super illos sol neque ullus æstus (Ap 7, 16).*

Levábo óculos meos in montes: \*  
unde véniet auxiliium mihi?  
Auxílium meum a Dómino, \*  
qui fecit cælum et terram.  
Non dabit in commotióne pedem tuum, \*  
neque dormitábit, qui custódit te.  
Ecce non dormitábit neque dórmiet, \*  
qui custódit Israel.  
Dóminus custódit te, †  
Dóminus umbráculum tuum, \*  
ad manum dexteram tuam.  
Per diem sol non percútiét te, \*  
neque luna per noctem.  
Dóminus custódiét te ab omni malo; \*  
custódiét ánimam tuam Dóminus.  
Dóminus custódiét intróitum tuum et éxitum tuum \*  
ex hoc nunc et usque in sæculum.

Psalmus 121 (122)  
Civitas sancta Ierusalem

*Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis,  
Ierusalem cælestem (Hebr 12, 22).*

Lætátus sum in eo quod dixerunt mihi: \*  
«In domum Dómini íbimus».  
Stantes iam sunt pedes nostri \*  
in portis tuis, Ierúsalem.  
Ierúsalem, quæ ædificáta est ut cívitas, \*  
sibi compácta in idípsum.  
Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini, \*  
testimónium Israel, ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes ad iudícium, \*  
sedes domus David.

Rogáte, quæ ad pacem sunt Ierúsalem: \*  
«Secúri sint diligénte te!

Fiat pax in muris tuis, \*  
et secúritas in túrribus tuis!».

Propter fratres meos et próximos meos \*  
loquar: «Pax in te!».

Propter domum Dómini Dei nostri \*  
exquíram bona tibi.

**Ant.** Dóminus iudex noster, Dóminus légifer noster,  
Dóminus rex noster; ipse salvábit nos.

### LECTIO BREVIS

Cf. Col 1, 12-13

Grátias ágimus Patri, qui idóneos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine; qui erípuit nos de potestáte tenebrárum et tránstulit in regnum Fílii dilectiónis suæ.

☩ Sedébit Dóminus rex in ætérnum.

☩ Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

**Oratio, ut ad Laudes matutinas.**

### AD SEXTAM

☩ Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

### HYMNUS

H.VIII

Liber Hymnarius (1983) p. 214

D I-cámus laudes Dó-mi-no fervénte prompti

The image shows a musical score for a hymn. It features a large initial letter 'D' on the left. The text 'I-cámus laudes Dó-mi-no fervénte prompti' is written below a musical staff. The staff contains a series of black squares representing notes on a red-lined staff. The text is aligned with the notes. The source 'Liber Hymnarius (1983) p. 214' is noted in the top right corner.

spí-ri-tu; ho-ra vo-lú-ta sé-xi-es nos ad o-rándum  
 pró- vo-cat.

In hac enim fidélibus  
 veræ salútis glória,  
 beáti Agni hóstia,  
 crucis virtúte rédditur.

Deo Patri sit glória  
 eíusque soli Fílio  
 cum Spíritu Paráclito,  
 in sempitérna sácula. Amen.

Cuius luce claríssima  
 tenébricat merídies;  
 sumámus toto péctore  
 tanti splendóris grátiam.

PSALMODIA

Zac 14,8-9

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 460

A.II\*<sup>a</sup>

**E**

X-íbunt aquæ vivæ \* de Ie-rú-sa-lem, et e-rit

Dómi-nus rex super omnem terram. E u o u a e.

Psalmus 117 (118)  
 Vox iubilationis et salutis

*Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificatoribus,  
 qui factus est in caput anguli (Act 4, 11).*

## I

Confitémini Dómino, quóniam **bonus**, \*  
quóniam in sáeculum *misericórdia eius*.  
Dicat nunc Israel, quóniam **bonus**, \*  
quóniam in sáeculum *misericórdia eius*.  
Dicat nunc *domus Aaron*, \*  
quóniam in sáeculum *misericórdia eius*.  
Dicant nunc, qui *timent Dóminum*, \*  
quóniam in sáeculum *misericórdia eius*.  
De tribulatióne *invocávi Dóminum*, \*  
et exaudivit me edúcens in *latitúdinem Dóminus*.  
*Dóminus mecum*, \*  
non timébo, quid *fáciat mihi homo*.  
*Dóminus mecum adiútor meus*, \*  
et ego despícam *inimícos meos*.  
Bonum est *confúgere ad Dóminum* \*  
quam *confídere in hómine*.  
Bonum est *confúgere ad Dóminum* \*  
quam *confídere in princípibus*.

## II

Omnes gentes *circuíerunt me*, \*  
et in nómine Dómini *excídi eos*.  
Circumdántes *circumdedérunt me*, \*  
et in nómine Dómini *excídi eos*.  
Circumdedérunt me sicut apes †  
et exarsérunt sicut *ignis in spinis*, \*  
et in nómine Dómini *excídi eos*.  
Impelléntes *impulérunt me, ut cáderem*, \*  
et *Dóminus adiúvit me*.  
Fortitúdo mea et laus *mea Dóminus* \*  
et factus est *mihi in salútem*.

Vox iubilatiónis *et salútis* \*  
in *tabernáculis iustórum*:  
«Déxtera Dómini fecit virtútem! †  
Déxtera Dómini *exaltávit* me; \*  
déxtera Dómini *fecit virtútem!*».  
Non *móriar, sed vivam* \*  
et narrábo *ópera Dómini*.  
Castígans *castigávit me Dóminus* \*  
et morti *non trádidit* me.

### III

Aperíte mihi *portas iustítiæ*; \*  
ingréssus in eas *confitébor Dómino*.  
Hæc *porta Dómini*; \*  
*iusti intrábunt in eam*.  
Confitébor tibi, quóniam *exaudísti me* \*  
et factus es *mihi in salútem*.  
Lápidem, quem reprobavérunt *ædificántes*, \*  
hic factus est *in caput ánguli*;  
a Dómino *factum est istud* \*  
et est mirábile in *óculis nostris*.  
Hæc est dies, quam *fecit Dóminus*: \*  
*exultémus et lætémur in ea*.  
O Dómine, *salvum me* fac; \*  
o Dómine, da *prosperitátem!*  
Benedíctus, qui venit in *nómine Dómini*. \*  
Benedícimus vobis *de domo Dómini*.  
Deus Dóminus et *illúxit nobis*. \*  
Instrúite sollemnitátem in ramis *condénsis* usque ad *córnuá altáris*.  
Deus meus es tu, et *confitébor tibi*, \*  
Deus meus, *et exaltábo te*.  
Confitémini Dómino, quóniam *bonus*, \*  
quóniam in *sæculum misericórdia eius*.



Omnia per ipsum et in ipsum creata sunt, et ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiae; qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens.

∞ Psállite regi nostro, psállite.

℞ Quóniam rex omnis terræ.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

## AD NONAM

∞ Deus, in adiutorium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## HYMNUS


Liber Hymnarius (1983) p. 215

H.VIII


**T**



Ernis ho-rá-rum tér-mi-nis vo-lú-tis dante



Dómi-no, trinum perfécte et ú-ni-cum ipsum de-vó-ti



psál- li mus.

Sacrum Dei mystérium  
puro tenentes pectore,  
Petri magístri régula  
signo salutis pródita,

Et nos psallámus spírítu,  
hæréntes sic apóstolis,  
ut plantas adhuc débiles  
Christi virtúte dírigant.

Deo Patri sit glória  
eiúsque soli Fílio  
cum Spíritu Paráclito,  
in sempitérna sáecula. Amen.


PSALMODIA

Is 9,7

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 460

A.Va

**M**



Multipli-cá-bi-tur \* e-ius impé-ri-um, et pa-cis  
non e-rit fi-nis. E u o u a e.

Psalmus 125 (126)  
Gaudium et spes in Deo

*Sicuti socii passionum estis, sic eritis et consolationis (2 Cor 1, 7).*

In converténdo Dóminus captivitátem **Sion**, \*  
facti sumus quasi **somniántes**.  
Tunc replétum est gáudio os **nostrum**, \*  
et lingua nostra exsultatióne.  
Tunc dicébant inter **gentes**: \*  
«Magnificávit Dóminus fácere cum **eis**».  
Magnificávit Dóminus fácere nob**íscum**, \*  
facti **sumus lætántes**.  
Convérte, Dómine, captivitátem **nostram**, \*  
sicut **torréntes** in **austro**.  
Qui séminant in **lácrimis**, \*  
in exsultatióne **metent**.

Eúntes ibant et **flebant** \*  
semen spargéndum portántes;  
veniéntes autem vénient in exsultatióne \*  
portántes manípulos **suos**.

Psalmus 126 (127)  
Vanus labor sine Domino

*Dei ædificatio estis (1 Cor 3, 9).*

Nisi Dóminus ædificáverit **domum**, \*  
in vanum labórant, qui ædíficant eam.  
Nisi Dóminus custodíerit civitátem, \*  
frustra vígilat, qui custódit eam.  
Vanum est vobis ante lucem súrgere et sero quiéscere, †  
qui manducátis panem labóris, \*  
quia dabit diléctis **suís somnum**.  
Ecce heréditas Dómini **fílii**, \*  
merces **fructus ventris**.  
Sicut sagíttæ in manu poténtis, \*  
ita **fílii iuventútis**.  
Beátus vir, qui implévit pháretram suam ex **ipsis**: \*  
non confundétur, cum loquétur inimícis **suís in porta**.

Psalmus 127 (128)  
Pax domestica in Domino

*«Benedicat te Dominus ex Sion», id est: ex Ecclesia sua (Arnobius).*

Beátus omnis, qui timet **Dóminum**, \*  
qui ámbulat in **viis eius**.  
Labóres mánuum tuárum manducábis, \*  
beátus es, et bene **tibi erit**.

Uxor tua sicut vitis fructífera \*  
in latéribus **domus tuæ**;  
fílii tui sicut novéllæ olivárum \*  
in circúitu **mensæ tuæ**.  
Ecce sic benedicétur **homo**, \*  
qui **timet Dóminum**.  
Benedícat tibi Dóminus ex **Sion**, \*  
et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus **vítæ tuæ**;  
et vídeas fílios filiórum tuórum. \*  
Pax **super Israel**!

### LECTIO BREVIS

Col 1, 19-20

In ipso complácuít omnem plenitúdinem habitáre et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, pacíficans per sánguinem crucis eius, sive quæ in terris sive quæ in cælis sunt.

℣. Iubiláte in conspéctu regis Dómini.

℟. Quóniam venit iudicáre terram.

### Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum rege, ómnia instauráre voluísti, † concéde propítius, ut tota creatúra, a servitúte liberáta, \* tuæ maiestáti desérviat ac te sine fine colláudet. Per Christum.

### AD II VESPERAS

Omnia ut in AR II (v.i. p. 108).


AD COMPLETORIUM

∇. Deus, in adiutorium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

Cantus Missæ (1995) p. 8

**F**


Ratres, agnóscamus pecca-ta nostra.




∇. Mi-se-rére nostri, Dómi-ne. R̄. Qui- a peccá-vimus ti-bi.




∇. Osténde nobis, Dómine misericordiam tu-am.



R̄. Et sa-lutáre tu-um da no-bis.




Mi-se-re-átur nostri omnípotens De-us et, dimíssis peccátis



nostris, perdúcat nos ad vi-tam æ-térnam. R̄. Amen.

HYMNUS ut in p. 36.

A.VIIIg



Q Ui há-bi-tat \* in adiu-tó-ri-o Al-tíssimi, in  
 pro-cti-ó-ne De- i cæ- li commo-rá-bi-tur.

E u o u a e.

Psalmus 90 (91)  
 In protectione Altissimi

*Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra  
 serpentes et scorpiones (Lc 10, 19).*

Qui hábitat in protectióne **Altíssimi**, \*  
 sub umbra Omnipoténtis *commorábitur*.

Dicet Dómino: †

«Refúgium meum et fortitúdo **mea**, \*  
 Deus meus, *sperábo in eum*».

Quóniam ipse liberábit te de láqueo **venántium** \*  
 et a *verbo malígno*.

Alis suis obumbrábit tibi, †  
 et sub pennas eius **confúgies**; \*  
 scutum et loríca *véritas* eius.

Non timébis a timóre noctúrno, a sagítta volánte in die, †  
a peste perambulánte in **ténebris**, \*  
ab extermínio vastánte *in merídie*.

Cadent a látere tuo mille †  
et decem mília a dextris **tuis**, \*  
ad te autem non *appropinquábit*.

Verúmtamen óculis tuis *considerábis*, \*  
et retributiónem *peccatórum vidébis*.

Quóniam tu es, Dómine, refúgium **meum**. \*  
Altíssimum posuísti *habitáculum tuum*.

Non accédet ad te **malum**, \*  
et flagéllum non *appropinquábit tabernáculo tuo*,  
quóniam ángelis suis mandábit **de** te, \*  
ut custódiant te in ómnibus *viis tuis*.

In mánibus *portábunt* te, \*  
ne forte offéndas ad lápidem *pedem tuum*.

Super áspidem et basilíscum *ambulábis* \*  
et conculcábis leónem *et dracónem*.

Quóniam mihi adhæsít, liberábo **eum**; \*  
suscípíam **eum**, quóniam cognóvit *nomen meum*.

Clamábit ad me, et ego *exáudiam eum*; †  
cum ipso sum in tribulatióne, \*  
erípíam **eum** et *glorificábo eum*.

Longitúdine diérum replébo **eum** \*  
et osténdam illi *salutáre meum*.

## LECTIO BREVIS

Ap 22, 4-5

Vidébunt faciém Dómini, et nomen eius in fróntibus eórum. Et nox ultra non erit, et non egent lúmine lucérnæ neque lúmine solis, quóniam Dóminus Deus illuminábit super illos, et regnábunt in sácula *sæculórum*.

R/. br.



I N manus tu-as Dómi-ne, \* Commendo spí-ri-tum  
me-um. √. Rede-místi nos, Dómi-ne, De-us ve-ri-tá-tis.  
√. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

### Antiphona ad Nunc Dimittis

A.IIIa



S Alva nos, \* Dómi-ne vi-gi-lántes, custódi nos dor-  
mi-éntes, ut vi-gi-lémus cum Christo et requi-escá mus  
in pa-ce. E u o u a e.

CANTICUM EVANGELICUM

Lc 2, 29-32

### Christus lumen gentium et gloria Israel

Nunc dimittis servum tuum, Dómine, \*  
secúndum verbum tuum in pace,



quia vidérunt **óculi mei** \*  
salutáre tuum,  
**quod** parásti \*  
ante fáciem ómnium **populórum**,  
lumen ad revelatióem **géntium** \*  
et glóriam plebis **tuæ Israel**.

### Oratio

Vox nostra te, Dómine, humíliter deprecétur, † ut, domínicae resurrectionis  
hac die mystério celebráto, \* in pace tua secúri a malis ómnibus quiescámus,  
et in tua resurgámus laude gaudéntes. Per Christum.

## AD HORAS MEDIAS

### HYMNUS AD TERTIAM, HEBDOMADÆ I & III

Nunc, Sancte, nobis, Spíritus  
unum Patri cum Fílio,  
dignáre promptus íngeri  
nostro refúsus pectori.

Per te sciámus da Patrem  
noscámus atque Fílium,  
te utriúsque Spíritum  
credámus omni témpore. Amen.

Os, lingua, mens, sensus, vigor  
confessióem persionent,  
flamméscat igne caritas,  
accéndat ardor próximos.

↪ Toni inveniuntur pp. 94 et 95.

### HYMNUS AD SEXTAM, HEBDOMADÆ I & III

Rector potens, verax Deus,  
qui témperas rerum vices,  
splendóre mane ínstruis  
et ígnibus merídiem,

Præsta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spíritu Paráclito  
regnans per omne sáeculum. Amen.

Exstíngue flammam lítium,  
aufer calórem nóxium,  
confer salútem córporum  
verámque pacem córdium.

### HYMNUS AD NONAM, HEBDOMADÆ I & III

Rerum, Deus, tenax vigor,  
immótus in te pérmanens,  
lucis diúrnæ témpora  
succéssibus detérminans,

Præsta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spíritu Paráclito  
regnans per omne sáeculum. Amen.

Largíre clarum véspere,  
quo vita numquam décidat,  
sed præmíum mortis sacrae  
perénnis instet glória.

PSALMODIA COMPLEMENTARIS  
Series I ( Ad Tertiam )

Ps 119, 1

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 220

1A.E

**C** Lamá-vi,\* et ex-audí-vit me. E u o u a e.

Psalmus 119 (120)

Ad Dóminum, cum tribulárer, clamávi, \*  
et exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam a lábiis mendáci, \*  
a lingua dolósa.

Quid detur tibi aut quid apponátur tibi, \*  
lingua dolósa?

Sagíttæ poténtis acútæ \*  
cum carbónibus iuniperórum.

Heu mihi, quia peregrinátus sum in Mosoch, \*  
habitávi ad tabernácula Cedar!

Multum íncola fuit ánima mea \*  
cum his, qui odérunt pacem.

Ego eram pacíficus; \*  
cum loquébar, illi impugnábant me.

Ps 120, 2

Psautier Monastique (1982) p. 570

2A.If

**A** U-xí-li-um me-um a Dómi-no. qui fe-cit cæ-lum  
et ter-ram. E u o u a e.

Psalmus 120 (121)

Levabo oculos **meos** in **montes**: \*  
unde veniet *auxilium mihi*?  
Auxilium **meum** a **Dómino**, \*  
qui fecit *cælum et terram*.  
Non dabit in commotionem **pedem tuum**, \*  
neque dormitabit, *qui custodit te*.  
Ecce non dormitabit **neque dormiet**, \*  
qui *custodit Israel*.  
Dóminus custodit te, †  
Dóminus **umbráculum tuum**, \*  
ad manum *dexteram tuam*.  
Per diem sol non **percúti**et te, \*  
neque luna *per noctem*.  
Dóminus custodiet te ab **omni malo**; \*  
custodiet *ánimam tuam Dóminus*.  
Dóminus custodiet **intróitum tuum** et **éxitum tuum** \*  
ex hoc nunc et usque *in sæculum*.

Ps 121, 1

Psautier Monastique (1982) p. 572



**L**ætá-tus sum \* in his quæ dicta sunt mi-hi.



E u o u a e.

Psalmus 121 (122)

Lætátus sum in eo quod dixerunt **mihi**: \*  
«In domum *Dómini íbimus*».

Stantes iam sunt pedes **nostri** \*  
in portis tuis, *Ierúsalem*.  
Ierúsalem, quæ ædificáta est ut **cívitas**, \*  
sibi compácta *in idípsum*.  
Illuc enim ascenderunt tribus, tribus **Dómini**, \*  
testimónium Israel, ad confiténdum *nómini Dómini*.  
Quia illic sederunt sedes ad iudícium, \*  
sedes *domus David*.  
Rogáte, quæ ad pacem sunt Ierúsalem: \*  
«Secúri sint *diligéntes* te!  
Fiat pax in muris **tuis**, \*  
et secúritas in *túrribus tuis!*».  
Propter fratres meos et próximos **meos** \*  
*loquar*: «**Pax** in te!».  
Propter domum Dómini Dei **nostri** \*  
exquíram *bona tibi*.

SERIES II ( Ad Sextam )

Ps 122, 1.3

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 222

1A.VIIIg

The musical notation consists of two staves. The first staff begins with a large, decorative initial 'Q' on the left. The notes are represented by black squares on a four-line red staff. The lyrics 'QUI há-bi-tas \* in cæ-lis, mi-se-ré-re no-bis.' are written below the first staff. The second staff continues the melody with more black square notes on a four-line red staff, with the lyrics 'E u o u a e.' written below it.

QUI há-bi-tas \* in cæ-lis, mi-se-ré-re no-bis.

E u o u a e.

Psalmus 122 (123)

Ad te levávi óculos **meos**, \*  
qui hábitas *in cælis*.

Ecce sicut óculi servórum ad manus dominórum suórum, \*  
sicut óculi ancíllæ ad manus dómínæ suæ,  
ita óculi nostri ad Dóminum Deum **nostrum**, \*  
donec misereátur **nostri**.

Miserére nostri, Dómine, miserére **nostri**, \*  
quia multum repléti sumus *despectióne*;  
quia multum repléta est ánima **nostra** \*  
derisióne abundántium et despectióne *superbórum*.

Ps 123, 8

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 223

2A.Ig

**A**



D-iu-tó-ri-um nostrum \* in nó mi-ne Dómi-ni.



E u o u a e.

### Psalmus 123 (124)

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel, †  
nisi quia Dóminus **erat in nobis**, \*  
cum exsúrgerent *hómines in* nos:  
forte vivos **deglutí**ssent nos, \*  
cum irascerétur furor *eórum in* nos.  
Fórsitan aqua absorbuíset nos, †  
torrens pertransíset *ánimam nostram* \*  
fórsitan pertransíssent *ánimam nostram aquæ intumescéntes*.  
Benedíctus **Dóminus**; \*  
qui non dedit nos in direptiónem *déntibus eórum*.  
Anima nostra sicut **passer erépta** est \*  
de láqueo *venántium*:

**l**áqueus **contr**ítus est, \*  
et nos **erépti** sumus.

Adiutórium nostrum in **nómine** **Dómini**, \*  
qui fecit *cælum et terram*.

**Ant. 3** In circúitu pópuli sui Dóminus, ex hoc nunc et usque in sáeculum.

**Psalmus 124 (125)**

Qui confidunt in Dómino sicut mons Sion: \*  
non commovébitur, in aetérnum manet.

Ierúsalem, montes in circúitu eius, †  
et Dóminus in circúitu pópuli sui \*  
ex hoc nunc et usque in sáeculum.

Quia non requiécet virga iniquitátis super sortem iustórum, \*  
ut non exténdat iusti ad iniquitátem manus suas.

Bénéfac, Dómine, bonis \*  
et rectis corde.

Declinántes autem per vias pravas †  
addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem. \*  
Pax super Israel!


**SERIES III ( Ad Nonam )**

*Ps 125, 3*


Psautier Monastique (1982) p. 590

1A.VIIa

**M**



Agni-fi-cá-vit Dóminus \* fá-ce-re no-bíscum:



facti sumus læ-tántes. E u o u a e.

Psalmus 125 (126)

In converténdo Dóminus captivitátem Sion, \*  
facti sumus quasi **somniántes**.  
Tunc replétum est gáudio os **nostrum**, \*  
et lingua nostra exsultatióne.  
Tunc dicébant **inter gentes**: \*  
«Magnificávit Dóminus fácere cum eis».  
Magnificávit Dóminus fácere nobíscum; \*  
facti **sumus** lætántes.  
Convérte, Dómine, captivitátem **nostram**, \*  
sicut torréntes in **austro**.  
Qui séminant in **lácrimis**, \*  
in exsultatióne **metent**.  
Eúntes **ibant** et **flebant** \*  
semen spargéndum **portántes**;  
veniéntes autem vénient in exsultatióne \*  
portántes **manípulos suos**.

Ps 126, 1

Psautier Monastique (1982) p. 592

2A.Va

**D** Ominus \* ædí-fi-cet no-bis do- mum, et custódi- at  
ci-vi-tá-tem. E u o u a e.

Psalmus 126 (127)

Nisi Dóminus ædificáverit **domum**, \*  
in vanum labórant, qui **ædíficant** eam.



Nisi Dóminus custodíerit civitátem, \*  
 frustra vígilat, qui custódit eam.  
 Vanum est vobis ante lucem súrgeret et sero quiéscere, †  
 qui manducátis panem labóris, \*  
 quia dabit diléctis **suis somnum**.  
 Ecce heréditas Dómini **fílii**, \*  
 merces **fructus ventris**.  
 Sicut sagíttæ in manu poténtis, \*  
 ita **fílii iuventútis**.  
 Beátus vir, qui implévit pháretram suam ex **ipsis**: \*  
 non confundétur, cum loquétur inimícis **suis in porta**.

Ps 127, 1

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 226

3A.IId

**B**



E-á-ti omnes, \* qui timent Dóminum.



E u o u a e.

### Psalmus 127 (128)

Beátus omnis, qui timet **Dóminum**, \*  
 qui ámbulat in *viis* eius.  
 Labóres mánuum tuárum manducábis, \*  
 beátus es, et bene *tibi* erit.  
 Uxor tua sicut vitis fructífera \*  
 in latéribus *domus tuæ*;  
 fílii tui sicut novéllæ olivárum \*  
 in circúitu *mensæ tuæ*.  
 Ecce sic benedicétur **homo**, \*  
 qui *timet Dóminum*.

Benedícat tibi Dóminus ex **Sion**, \*

et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus *vitaē tuæ*;  
et vídeas filios filiórum tuórum. \*

Pax *super* **Israel**!

TONI COMMUNES  
IN PRINCIPIO HORARUM

Ad Invitatorium  
*tonus ferialis*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 506

D

Omi-ne, lá-bi- a me- a apé-ri- es.




R̄. Et os me-um annunti- á-bit laudem tu-am.

*tonus festivus*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 506

D

Omi-ne, lá-bi- a me- a apé-ri- es.




R̄. Et os me-um annunti- á-bit laudem tu-am.

Ad omnes Horas


Antiphonale Monasticum I (2005) p. 506

D


E-us, in adiu-tó-ri- um me-um inténde.



R̄. Dómi-ne, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, et



Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi- o,



et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen.




Alle-lú-ia.


*in sollemnitatibus*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 507

**D**




E-us, in adiu-tó-ri- um me-um inténde R̄. Dómi-



ne, ad adiu-vándum me fes-tí-na. Gló-ri- a Patri, et



Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Si-cut e-ra in princí-pi- o,



et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen.




Al- le-lú-ia.

TONI CANTICORUM  
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS  
&  
S. ZACHARIÆ

VII a


B




E-ne-díctus Dóminus De-us Isra-el, \*




et e-ré-xit cornu sa-lú-tis no-bis \*




si-cut locú-tus est per os sanctó-rum, \*




sa-lú-tem ex in-imí-cis no-stris \*



ad fa-ci-éndam mi-se-ri-córdi-am cum pá-tribus no-stris \*



ius-iu-rándum, quod iu-rá-vit ad Abraham patrem no-strum, \*



ut si-ne timó-re, de manu in-imí-có-rum li-be-rá-ti, \*



in sancti-tá-te et iustí-ti-a co-ram ipso \*

Q

Ui-a vi-si-távit et fecit redemptiónem **ple-bi su- æ**

in domo Da-vid **pú-e-ri su- i,**

qui a sæcu-lo sunt, prophe-tá-rum e-ius,


et de manu ómni-um, **qui odé-runt nos ;**

et memo-rá-ri testaménti **su- i sancti,**


da-túrum se **no-bis,**

servi- ámus **il-li**


ómnibus di- ébus **nostris.**



Et tu, pu-er, prophé-ta Altíssimi vo-cá-be-ris: \*




ad dandam sci-énti-am sa-lú-tis ple-bi e-ius \*




per vísce-ra mi-se-ri-córdi-æ De-i nostri, \*



il-lumi-ná-re his, qui in ténebris et in umbra mortis se-dent \*



Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, \*




Si-cut é-rat in princí-pi-o, et núnc, et sémpet, \*







præ-í-bis e-nim ante fá-ci-em Dómi-ni pa-rá-re vi-as e-ius,



in remissi-ónem pecca-tó-rum e-ó-rum,




in quibus vi-si-tá-bit nos ó-ri-ens ex alto,



ad dir-i-géndos pedes nostros in vi-am pa-cis.



et Spi-rí-tu-i Sáncto.



et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen.

VIII g

**B**

E-ne-díctus Dómi-nus De-us Isra-el, \*

Et e-ré-xit cornu sa-lú-tis **no**-bis \*

Sic-ut locú-tus est per os sanctó-rum, \*

Sa-lú-tem ex in-i-mí-cis **no**stris \*

Ad fa-ci-éndam misericórdiam cum pá-tribus **no**stris \*

Iusiu-rándum, quod iurávit ad Abraham patrem **no**strum, \*

Ut si-ne timó-re, de manu inimicórum li-be-rá-ti, \*

In sancti-tá-te et iustítia co-ram **ip**so \*

Q

Ui-a vi-sitávit et fecit redemptiónem *ple-bi su-æ*

in domo Da-vid pu-*e-ri su-i*,

qui a sáeculo sunt, próphetá-*rum e-ius*,

et de manu ómnium, *qui odé-runt nos*;

et memo-rári testaménti *su-i sancti*,


da-tú-*rum se no-bis*,

servi-*amus il-li*


ómnibus di-*é-bus nostris*.




Et tu, pu-er, prophé-ta Altíssi-mi vo-cábe-ris: \*




Ad dandam sci-éntiam salúti-s ple-bi e-ius \*




Per ví-sce-ra mi-sericórdi-æ De-i **no**stri, \*




Il-lumi-ná-re his, qui in té-nebris et in umbra mortis **se**dent \*




Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o \*




Sic-ut e-rat in princípio, et nunc et **se**mper \*




præ-í-bis enim ante fáciem Dómini paráre *vi- as* e-ius,




in remissiónem peccatórum e-ó-rum,




in quibus visitábit nos óriens ex alto,



ad di-ri-géndo*s* pedes nostros in *vi- am* pa-cis.




et Spi-rí-tu- i Sancto.



et in sácula sæculó-rum. Amen.

If  
**M**




Agní-fi-cat \*



2. Et exsultá-vit spí-ri-tus me-us \*



3. Qui-a respé-xit humilitátem an-cíllæ su-æ. \*




4. Qui-a fe-cit mi-hi magna, qui pot-ens est, \*




5. Et mi-se-ri-córdia eius a progénie in progé-ni-es \*



6. Fe-cit pot-énti-am in brá-chi-o su-o, \*



7. Depó-su-it pot-én-tes de se-de \*



8. Esu-ri-éntes implé-vit bo-nis \*

**A** -nima me-a Dómi-num,

in De-o salutá-ri me-o,

Ecce en-im ex hoc beátam me dicent omnes genera-ti-ó-nes,

et sanctum *nomen* e-ius,

timénti-bus e-um.


dispérsit supérbos mente *cordis* su- i;

et ex-altá-vit húmi-les;


et dí-vi-tes dimísit in-á-nes.




9. Suscé-pit Isra-el pú- e-rum su- um, \*



10. Si-cut locú-tus est ad patres nostros, \*



11. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o \*






12. Sic-ut e-rat in princípio, et nunc et semper \*

---

### Hymnus ad Horas Medias: tonus in feriis

Liber Hymnarius (1983) p. 192



pécto-ri.






re-cordá-tus misericórdi-æ su-æ,



Abraham et sémini eius in sæcu-la.



et Spi-rí-tu-i Sancto.



et in sæcula sæculó-rum. Amen.

---


## Hymnus ad Horas Medias: tonus in memoriis

Liber Hymnarius (1983) p. 192

H.VIII

**N**

UNC, Sancte, no-bis, Spí-ri-tus, unum Patri cum




Fí-li-o, digná-re promptus ínge-ri nostro re-fúsus




pécto-ri.

VIII g


**M**




Agni- fi-cat \*




Et exsultá-vit spí-ri-tus me-us \*




Qui- a respé-xit humilitátem ancíllæ su-æ. \*



Qui- a fe-cit mi-hi magna, qui pot-ens est, \*




Et mi-se-ri-córdia eius a progénie in progé-ni-es \*



Fe-cit pot-énti-am in brá-chi-o su-o, \*




De-pó-su-it pot-éntes de sede \*




E-su-ri-éntes implé-vit bonis \*


**A**




-nima *me-a* **Dóminum**,



in De-o salutá-ri **me-o**,



Ecce en-im ex hoc beátam me dicent omnes genera-ti-ónes,



et sanctum *nomen* e-ius,




timénti-bus e-um.




dispérsit supérbos mente *cordis* su-i;



et ex-altá-vit **húmi-les**;



et dí-vi-tes dimísit *in-ánes*.




Suscé-pit Isra-el pú-e-rum su-um, \*




Si-cut locú-tus est ad patres nostros, \*




Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o \*




Sic-ut e-rat in princípío, et nunc et semper \*




re-cordá-tus misericórdi-æ su-æ,



Abraham et sémini eius in sǣcu-la.



et Spi-rí-tu- i Sancto.




et in sǣcula sǣculó-rum. Amen.


AD BENEDICTIONEM — AD COMPLETORIUM

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 540

**N**



Octem qui- é-tam et fi-nem perféctum concédât



no-bis Dóminus omní-po-tens. R̄. Amen.

AD DIMISSIONEM  
*in sollemnitatibus, ad I Vesperas*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 542

**B** Ene-di-cámus Dó- mi-no.  
ṚDe- o grá- ti- as.

*in sollemnitatibus, ad Laudes matutinas*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 542

**B** Ene-di-cámus Dó- mi-no.  
ṚDe- o grá- ti- as.

*in sollemnitatibus, ad II Vesperas*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 542

**B** Ene-di-cámus Dó- mi-  
no. Ṛ. De- o grá- ti- as.

*in memoriis, ad Vesperas*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 544


**B** Ene-di-cámus Dó-mi-no.  
Ṙ. De- o grá-ti- as.



*in feriis ad Laudes*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 546


**B** Ene-di-cámus Dó-mi-no. Ṙ. De- o grá-ti- as.



*in feriis ad Vesperas*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 546

**B** Ene-di-cámus Dó-mi-no. Ṙ. De- o grá-ti- as.



*ad horas minores, tonus ferialis*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 546


**B** Ene-di-cámus Dó-mi-no. Ṙ. De- o grá-ti- as.



*ad horas minores, tonus festivus*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 546

**B** Ene-di-cámus Dó-mi-no. Ṙ. De- o grá-ti- as.



A.I

S

Al- ve, \* Re-gí- na, ma-ter mi-se-ri-córdi- æ: Vi- ta,

\* dulcé- do, et spes nostra, sal-ve: Ad te clamá- mus, éx-

su-les, fí-li- i He-væ. Ad te suspi-rá- mus, geméntes et flentes

in hac lacrimá-rum val-le E-ia ergo Advo-cá- ta nostra,

illos tu- os mi-se-ri-cór-des ócu-los ad nos convér- te. Et Je-

sum, bene-díc- tum fructum ventris tu- i, no- bis post hoc exsí-

li- um osténde: O cle- mens: O pi- a O dulcis \*

Virgo Ma-rí- a.



LITURGIA HORARUM IUXTA RITUM ROMANUM

# ANTIPHONALE ROMANUM

IN CANTO GREGORIANO  
AD EXEMPLAR ORDINIS CANTUS OFFICII DISPOSITUM

## II

AD VESPERAS IN DOMINICIS ET FESTIS

CURA SCRIPTORII PALEOGRAPHICI SOLESMENSIS PRÆPARATUM



SOLESMIS

MMIX

Dominica XXXIV per annum

DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI  
UNIVERSORUM REGIS

Sollemnitas

AD I VESPERAS

Hymnus *Te sæculorum principem*, p. 438.

Antiphona 1

1 Chr 22, 9; 17,

viii g



**P** A- cí- ficus \* vo- cá- bi- tur, et thronus e- ius e- rit  
firmíssimus in perpé- tu- um. E u o u a e.

PSALMUS 112

- 1 Laudáte, púeri **Dómini**, \*  
laudáte *nomen Dómini*.
- 2 Sit nomen **Dómini benedíctum** \*  
ex hoc nunc et usque in **sæculum**.
- 3 A solis ortu usque ad **occásu**m \*  
laudábile *nomen Dómini*.
- 4 Excélsus super omnes gentes **Dóminus**, \*  
super cælos **glória eius**.
- 5 Quis sicut **Dóminus Deus noster**, \*  
qui in **altis hábitat**
- 6 et se **inclinat**, ut **respíciat** \*  
in cælum et in **terram**?
- 7 Súscitans de terra **inopem**, \*  
de stércore **érigens páuperem**,
- 8 ut **collocet eum cum principibus**, \*  
cum principibus **pópuli sui**.

Qui habitare facit sterilem in domo, \*  
matrem filiorum lætāntem.

## Antiphona 2

Dan 7, 27



**R** Egnum e- ius \* regnum sempi-térnum est, et om-



nes re-ges sérvī- ent e- i et obédi- ent. E u o u a e.


## PSALMUS 116

Laudate Dóminum, omnes gentes, \*  
collaudate eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius, \*  
et véritas Dómini manet in ætérnum.

## Antiphona 3

Cf. Dan 7, 14



**C** Hristo da-tus est \* princi-pá-tus et honor re- gni ;



omnes pópu-li, tribus et lin- guæ sérvī- ent e- i in æ-



térnum. E u o u a e.

## CANTICUM Ap 4, 11 ; 5, 9. 10. 12

Dignus es, Dómine et Deus noster, \*  
accipere glóriam et honórem et virtútem,

- quia tu creásti **ómnia**, \*  
 et propter voluntátem tuam erant *et creáta* sunt.
- 9 Dignus es accíperere **librum** \*  
 et aperíre signácula eius,  
 quóniam occísus es † et redemísti Deo in sángine **tuo** \*  
 ex omni tribu et lingua et pópulo et *natióne*
- 10 et fecísti eos Deo nostro regnum et sacer**dótes**, \*  
 et regnábunt *super* **terram**.
- 12 Dignus est Agnus, qui occísus est, † accíperere virtútem et **divi-**  
**tias** et sapi**éntiam** \*  
 et fortitúdinem et honórem et glóriam et *benedictiónem*.

*Lectio brevis*

*Cf. Eph 1, 20-21*

Deus suscitávit Christum a mórtuis et constituit ad *déxteram*  
 suam in *cæléstibus* supra omnem principátum et potestátem  
 virtútem et *dominatióne*m et omne nomen, quod nominátur, *not*  
 solum in hoc *sæculo* sed et in *futúro*; et *ómnia* subiécit sub *pédi-*  
*bus* eius, et ipsum dedit caput supra *ómnia* *ecclésiæ*, quæ est *cor-*  
*pus* ipsíus, plenitúdo eius, qui *ómnia* in *ómnibus* adimplétur.

*Post lectionem*

*1 Chr 29, 11, 12*

U- a est magni- fi- cénti- a et pot- énti- a, \* Tu-  
 um, Dómi- ne, re- gnum. † Tu domi- ná- ris ómni-  
 um. † Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto,

## Antiphona ad Magnificat

Lc I, 32-33

**D** Abit il-li \* Dó-mi-nus De- us se-dem Da-vid, pa-  
 tris e-ius: et regná-bit in domo Ia-cob in æ-tér-num, et  
 regni e- ius non e- rit fi- nis, al-le- lú- ia. E u o u a e.

*Canticum Magnificat invenitur p. 767 et 745.*

## Preces

Fratres Christum regem, qui est ante ómnia et in quo ómnia constant, *orémus clamántes*:

☩ Advéniait regnum tuum, **Dómine**.

Christe, rex et pastor noster, cóngrega oves tuas de *cunctis* **ter-**  
*ris*, et pasce eas in páscuis tuis viréntibus et **ubérrimis**. ☩.

Dux noster et salvátor, ædífica omnes in pópulum tuum : † sana infirmos, requíre depérditos, fortes **custódi**, longínquos révo-ca, dispérsos cóngrega, diffidéntes **é**rige. ☩.

Iudex ætérne, cum tradíderis regnum tuum Deo Patri, pone nos a **dextris** tuis et fac ut possideámus regnum parátum nobis a consti-tutióne **mundi**. ☩.

Princeps pacis, díssipa *arcus* **belli** et lóquere pacem tuam **gén-**  
*tibus*. ☩.

Heres ómni-um géntium, † cóngrega humanitátem cum ómni-bus bonis eius in regnum Ecclésiæ tuæ, quod Pater *dedit* **tibi**, ut te caput in unitáte Spíritus Sancti omnes **agnóscant**. ☩.

Christe, primogénite ex mórtuis et primítiæ *dormiéntium*, admítte defúntcos in glóriam resurrecti-*ónis* **tuæ**. ☩.

*Oratio conclusiva*

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, unversorum Rege, ómnia instauráre voluísti, † concéde propítius, ut tot creatúra, a servitúte liberáta, \* tuæ maiestáti desérviat ac te sine fine colláudet. Per Dóminum.

## AD II VESPERAS

*Hymnus*

I



**T** E sæ-cu-ló-rum prínci-pem, te, Chris-te, re-gem gé-n-  
 ti-um, te ménti-um, te córdi-um unum fa-té-mur ár-  
 bi-trum. 2. Quem prona ad-ó-rant ágmi-na hymnísque lau-  
 dant cæ-li-tum, te nos ován-tes ómni-um re-gem suprê-  
 mum dí-ci-mus. 3. O Christe, princeps pá-ci-fer, men-tes re-  
 bél-les súb-i-ce, tu-ó-que amó-re dé-vi-os o-víle in u-

num cóngre-ga. 4. Ad hoc cru- énta ab árbo-re pendes a-  
 pér-tis bráchi- is, di-ráque fos- sum cúspide cor igne  
 fla-grans éx- hi-bes. 5. Ad hoc in a- ris ábde- ris vi- ni da-  
 óisque imá- gi-ne, fundens sa-lú- tem fí- li- is transverbe-  
 rá- to pec- to-re. 6. Ie-su, ti-bi sit gló-ri- a, qui cuncta a-  
 nó- re ténpe-ras, cum Patre et al- mo Spí-ri- tu in sem-  
 pi- tér- na sáe- cu- la. A- men.

## Antiphona I

Is 9, 7

VIII g

S

Uper só- li- um Da- vid \* et super regnum e- ius




## PSALMUS 109

- 1 Dixit Dóminus Dómino **meo** : \*  
 «Sede a *dextris meis*,  
 donec ponam inimicos **tuos** \*  
 scabéllum *pedum tuórum*».
- 2 Virgam poténtiæ tuæ emittet Dóminus ex **Sion** : \*  
 domináre in médio inimicórum *tuórum*.
- 3 Tecum principátus in die virtútis tuæ, † in spléndoribus **sanctis**,  
 ex útero ante lucíferum *génui* te.
- 4 Iurávit Dóminus et non pænitébit eum : \*  
 «Tu es sacerdos in ætérnum secúndum *órđinem Melchise-  
 dech*».
- 5 Dóminus a dextris **tuis**, \*  
 conquassábit in die iræ suæ **reges**.
- 7 De torrén-te in via **bibet**, \*  
 proptérea exaltábit **caput**.

## Antiphona 2

Ps 144, 11





## PSALMUS 144 I

Exaltábo te, Deus **meus**, rex, \*  
 et benedicám nómini tuo in *sæculum* et in *sæculum sæculi*.  
 Per singulos dies benedicám **tibi** \*  
 et laudábo nomen tuum in *sæculum* et in *sæculum sæculi*.  
 Magnus Dóminus et laudábilis **nimis**, \*  
 et magnitúdinis eius non est *investigatio*.  
 Generátio generatióni laudábit ópera **tua**, \*  
 et poténtiam tuam *pronuntiábunt*.  
 Magnificéntiam glóriæ maiestátis tuæ **loquéntur** \*  
 et mirabília tua *enarrábunt*.  
 Et virtútem terribílium tuórum **dicent** \*  
 et magnitúdinem tuam *narrábunt*.  
 Memóriam abundántiæ suavitatís tuæ eructábunt \*  
 et iustítia tua *exsultábunt*.  
 Miserátor et miséricors **Dóminus**, \*  
 longánimis et multæ *misericórdiæ*.  
 Suávis Dóminus **univérsis**, \*  
 et miseratiónes eius super ómnia *ópera eius*.  
 Confiteántur tibi, Dómine, ómnia *ópera tua*; \*  
 et sancti tui *benedicant tibi*.  
 Glóriam regni tui **dicant** \*  
 et poténtiam tuam *loquántur*,  
 ut notas fáciant filiis hóminum poténtias **tuas** \*  
 et glóriam magnificéntiæ *regni tui*.  
 Regnum tuum regnum ómnium *sæculórum*, \*  
 et dominátio tua in omnem generatiónem et *generatiónem*.

## Antiphona 3

Ap 19, 16; 1, 6

vii a

H


Abet in ves-timénto \* et in fémo-re su-o scriptum:



Rex re- gum et Dómi-nus domi- nánti- um. Ipsi gló-



ri- a et impé-ri- um in sæcu- la sæ- cu- ló- rum.




E u o u a e.

*Antiphona ad canticum dicitur modo troparii ante et post canticum*

CANTICUM Cf. Ap 19, 1-2. 5-7




S A- lus et gló- ri- a et virtus De- o nostro, R. Alle- lú-




ia. ψ Qui- a ve- ra et iusta iu- dí- ci- a e- ius, R. Alle- lú- ia,




alle- lú- ia. ψ Laudem dí- ci- te De- o nostro, omnes servi



e- ius, R. Alle- lú- ia. ψ Et qui timé- tis e- um, pu- síl- li et ma-




gni, R. Alle- lú- ia, alle- lú- ia. ψ Quó- ni- am regná- vit Dó-



mi- nus, De- us noster omní- pot- ens, R. Alle- lú- ia. ψ Gaude-



mus et exsultémus et demus gló-ri- am e- i, R. Alle- lú- ia,




alle- lú- ia. V. Qui- a vené- runt núpti- æ Agni, R. Alle- lú- ia.



V. Et uxor e- ius præpa- rá- vit se, R. Alle- lú- ia, alle- lú- ia.




V. Glóri- a Patri, et Fí- li- o, R. Alle- lú- ia. et Spi- rí- tu- i Sanc-



to. R. Alle- lú- ia, al- le- lú- ia. V. Sic- ut e- rat in princí- pi- o, et



nunc et semper, R. Alle- lú- ia. et in sæcu- la sæculórum. A-



men. R. Alle- lú- ia, al- le- lú- ia.

### Lectio brevis

*1 Cor 15, 25-28*


Opórtet Christum regnáre, donec ponat omnes inimícos sub pé-  
dibus eius. Novíssima autem inimíca destruétur mors; ómnia enim  
subiécit sub pédibus eius. Cum autem dicat: «Omnia subiecta  
sunt», sine dúbio præter eum, qui subiécit ei ómnia. Cum autem

subiēcta fuerint illi ómnia, tunc ipse Fílius subiēctus erit illi, qui sibi subiēcit ómnia, ut sit Deus ómnia in ómnibus.

*Post lectionem*

Ps 44, 2

ŕ. br.



**S** Edes tu- a, De- us, \* In sœcu- lum sœcu- li.



ŷ. Scep- trum æqui- tá- tis, scep- trum regni tu- i. ŷ. Gló- ri- a




a Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San- cto.


*Antiphona ad Magnificat*

Mt 28, 18

viii g



**D** A- ta est mi- hi \* omnis pot- és- tas in cœ- lo et



in terra, al- le- lú- ia. E u o u a e.

*Canticum Magnificat invenitur p. 771 et 746.*

*Preces*

Fratres Christum regem, qui est ante ómnia et in quo ómnia constant, orémus clamántes:

ŕ. Advéniat regnum tuum, **D**ómine.

Christe, rex et pastor noster, cóngrega oves tuas de *cunctis* **ter-**  
ris, et pasce eas in páscuis tuis viréntibus et **ubérrimis**. *R.*

Dux noster et salvátor, ædífica omnes in pópulum tuum : † sana  
infirmos, require depérditos, fortes *custódi* : longínquos révo-  
ca, dispérsos cóngrega, diffidéntes **é**rige. *R.*

Iudex ætérne, cum tradideris regnum tuum Deo Patri, pone nos  
a *dextris* **tuis** et fac ut possideámus regnum parátum nobis a consti-  
tutióne **mundi**. *R.*

Princeps pacis, díssipa *arcus* **belli** et lóquere pacem tuam **gén-**  
tibus. *R.*

Heres ómnium géntium, † cóngrega humanitátem cum ómni-  
bus bonis eius in regnum Ecclésiæ tuæ, quod Pater *dedit tibi* ut te  
caput in unitáte Spíritus Sancti omnes **agnóscant**. *R.*

Christe, primogénite ex mórtuis et primitiæ *dormiéntium*,  
admítte defúntos in glóriam resurrectiόνis **tuæ**. *R.*

#### *Oratio conclusiva*

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Filio tuo, universó-  
rum Rege, ómnia instauráre voluísti, † concéde propítius, ut tota  
creatúra, a servitúte liberáta, \* tuæ maiestáti desérviat ac te sine  
fine colláudet. Per Dóminum.

# ANTIPHONALE ROMANUM

SECUNDUM LITURGIAM HORARUM

ORDINEMQUE CANTUS OFFICII DISPOSITUM


A SOLESMENSIBUS MONACHIS PRAEPARATUM

TOMUS ALTER

# LIBER HYMNARIUS

CUM INVITATORIIS

& ALIQUIBUS RESPONSIIS




SOLESMIS

MCMLXXXIII


Tonus recentior

H.  
**T** E De-um laudámus: te Dóminum confi-témur. Te  
atérnum Patrem, omnis terra venerá-tur. Tibi omnes án-  
ge-li, tibi cæ-li et u-nivérsæ potestá-tes: tibi chéru-bim  
et séraphim incessábi-li voce proclámant: « Sanctus,


The image shows a musical score for a hymn. It consists of four staves of music, each with a treble clef and a common time signature. The notes are represented by black squares on a five-line staff. The lyrics are written below the staves, with a large initial 'T' at the beginning of the first line. The text is in Latin and describes the praise of God the Father and the various orders of angels.




Sanctus, Sanctus Dóminus De-us Sába-oth. Pleni sunt cæ-




li et terra ma-iestá-tis glóri-æ tu-æ.» Te glo-ri-ósus




Apostoló-rum cho-rus, te prophetá-rum laudá-bi-lis núme-




rus, te mártý-rum candidá-tus laudat exérci-tus. Te per




orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclési-a, Pa-trem




imménsæ maiestá-tis; vene-rándum tu-um verum et úni-



cum Fí-li-um; Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum.




Tu rex glóri-æ, Christe. Tu Patris sempitérnus es Fí-li-us.




Tu, ad libe-rándum susceptúrus hóminem, non hor-ru-ísti







Vír-gi-nis ú-te-rum. Tu, devícto mortis acúle-o, ape-ru-í-




sti credéntibus regna cæló-rum. Tu ad délixteram De-i se-



des, in glóri-a Pa-tris. Iudex créde-ris esse ventú-rus.




Te ergo quæsumus, tu-is fámu-lis súbveni, quos pre-ti-ó-so




sánguine redemí-sti. Ætérna fac cum sanctis tu-is in




glóri-a numerá-ri. ¶ Salvum fac pópu-lum tu-um, Dómi-



ne, et bédedic he-re-di-tá-ti tu-æ. Et rege e-os



et extólle illos usque in ætér-num. Per síngulos di-es




bene-dí-cimus te; et laudámus nomen tu-um in sáeculum




et in sæcu-lum sæcu-li. Digná-re, Dómine, di-e isto




sine peccáto nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri, Dómine,



mi-se-ré-re nostri. Fi-at mi-se-ricórdi-a tu-a, Dómine, su-



per nos, quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te, Dó-mi-



ne, spe-rá-vi: non confúndar in æ-tér-um.

# LAUDES REGIÆ

*seu*

« ACCLAMATIONS CAROLINGIENNES »

CUM CANTU GREGORIANO  
( Editio rhythmicis signis ornata )


ad usum  
*pontificii*  
COLLEGII  
CIVITATUM  
FÆDERATARUM  
AMERICÆ SEPTEMTRIONALIS





CURA ET STUDIO  
CHRISTOPHORI CANI & MICHAELI PAWLOWENTESIS

XIV KAL DEC MMXI  
Lydian Press

# LAUDES REGIÆ

**C**   
Hristus vincit, Christus regnat, Christus ímpe-rat. *ij.*

**E** <sup>I</sup>   
X-áudi, Christe. *ij.*




∇. Ecclé-si-æ sanctæ Dé-i, supra regnó-rum fi-nes necténti




á-nimas: sa-lus perpé-tu-a!




∇. Redémptor mundi. R̅. Tu illam ádiuva.




∇. Sancta Ma-rí-a. R̅. Tu illam ádiuva.



∇. Sancta Ma-ter Ecclé-si-æ. R̅. Tu illam ádiuva.



∇. Re-gí-na Aposto-ló-rum. R̄. Tu illam ádiuva.




∇. Sancte Mícha-ël. R̄. Tu illam ádiuva.





∇. Sancte Io-ánnes Baptí-sta. R̄. Tu illam ádiuva.




∇. Sancte Io-seph. R̄. Tu illam ádiuva.

**C**  Hristus vincit, Christus regnat, Christus ímpe-rat. *ij.*


**II**  
**E**  X-áudi, Christe. *ij.*




∇. Bené-dicto Summo Pontí-fi-ci, in unum pópu-los




doctrí-na congregánti, ca-ri-tá-te: Pastó-ri vi-ta et grá-ti-a,




gre-gi obseqénti- a.




V. Salvá-tor mundi. R̄. Tu illum ádiuva.



V. Sancte Pe-tre. R̄. Tu illum ádiuva.




V. Sancte Pau-le. R̄. Tu illum ádiuva.




V. Sancte Bene-díc-te. R̄. Tu illum ádiuva.




**C** Hristus vincit, Christus regnat, Christus ímpe-rat. *ij.*




**III**  
**E** X-áudi, Christe. *ij.*



V. Epíscopis cathó-li-cæ et a-postó-li-cæ fi-de- i cultó-ribus,




e-ó-rumque cu-ris fi-dé-libus, pax et virtus, plú-rima



merces.




∇. Salvá-tor mundi. Ṙ. Tu illos ádiuva.



∇. Sancti Apósto-li. Ṙ. Vos illos adiuvá-te.




∇. Sancta Ma-rí-a Magda-lé-na. Ṙ. Tu illos ádiuva.




∇. Omnes sancti discípu-li Dómi-ni. Ṙ. Vos illos adiuvá-te.


C



Hristus vincit, Christus regnat, Christus ímpe-rat. *ij.*




∇. Rex regum. R̄. Rex noster.




∇. Spes nostra. R̄. Gló-ri- a nostra.

IV

E




X-áudi, Christe. *ij.*




∇. Ame-ri-canó-rum no-bi-líssimis cí-vibus, e plú-ri-bus



unum factum a Dómi-no, iustí-ti-a ve-ra, pax, et vi-ta




se-cú-ra in uni-co cultu.




∇. Salvá-tor mundi. R̄. Tu illos ádiuva.






∇. Sancti Io-annes *de Brébeuf* et Is-a- ac *Jogues*.



℞. Vos illos adiuvá-te.




∇. Sancta E-lis-a-béth-a *Seton*. ℞. Tu illos ádiuva.




∇. Sancte Io-seph Dami- á-ne *de Veuster*. ℞. Tu illos ádiuva.

**C**hristus vincit, Christus regnat, Christus ímpe-rat. *ij*.



∇. Auxí-li-um nostrum. ℞. Forti-tú-do nostra.




∇. Arma nostra invictíssima. ℞. Mu-rus noster in-expugná-




bi-lis Lux, vi- a et vi-ta nostra


C




Hristus vincit, Christus regnat, Christus ímpe-rat. *ij.*



∇. Ipsi so-li impé-ri-um, laus et iu-bi-lá-ti-o, per infi-ní-ta




sæcu-la sæcu-ló-rum. Ṙ. Amen.




∇. Tém-po-ra bona há-be-ant! Ṙ. Tém-po-ra bona há-be-ant



redémpti sán-gui-ne Christi!



∇. Fe-lí-ci-ter! Ṙ. Fe-lí-ci-ter! FELICITER!



∇. Pax Christi vé-ni-at! Ṙ. Regnum Christi vé-ni-at!



DE-O GRATI-AS. A-MEN.



ss  
AL DEC MMXI  
Lydian Press  
XVI KAL DEC MMXI  
Lydian Press  
XVI KAL DEC MMXI  
Lydian Press  
XVI KAL DEC MMXI  
Lydian Press  
XVI KAL DEC MMXI



Cum auxilio præparatum.

Laus Deo.

Tu es, Domine, Qui restitues hæreditatem meam mihi.

*antiphonale.ceegee.org*